Digitized by Google

Bibliotheca S. J.
Les Fontaines
CHANTILLY
H O
17/103

17/103

par Etienne-Alexandre Würdtwein,
év. d'Héliopolis

Digitized by Google

MONASTICON
PALATINUM

CHARTIS ET DIPLOMATIBUS
INSTRUCTUM
NOTITIIS AUTHENTICIS ILLUSTRATUM.

ADORNAVIT
STEPHANUS ALEXANDER
EPISCOPUS HELIOPOLENSIS, SUFFRAGANEUS
WORMATIENSIS.

TOMUS I.



MANNHEMII
TYPIS HOSPITALIS CIVICI, PER F. W. CORDON,
MDCCXCIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO
AD MONASTICON PALATINUM.

Ampliſſimæ Ditiones Palatinæ ad Rhenum triſtia non niſi hodiedum exhibent Monaſteriorum Abbatiarumque veſtigia, Chartis earundem atque documentis vel furore bellico conſumptis aut alia vix non continua temporum injuria adeo diſperſis, ut modicas tanti theſauri litterarii reliquias, in maximum Publicæ Rei diſpendium, parce admodum reperire liceat.

Quo rariora igitur ſunt hæc cimelia, eo majori cum ſedulitate congeſta penu noſtra pro illuſtranda GERMANIA SACRA, cui omnes horis ſubſecivis dicavimus operas, funditus excuſſa, MONASTICON PALATINUM adornare, idque Diplomatibus inſtruere, huicque parti hiſtoricæ pro virili ſubvenire, & ſaltem exuſtos & ſubverſos lapidum acervos indigitare propoſuimus.

En elenchum Abbatiarum & Monaſteriorum:

MONASTERIA VIRORUM ORDINIS S. BENEDICTI.

Abramsberg, Abramesberg, Mons Abrahæ, Heiligenberg ad littus Nicri dextrum e regione Oppidi Heidelberg. vid. *Monaſticon Wormatienſe.*

In eodem monte *Monaſteriolum S. Stephani.* vid. *Monaſt. Wormat.*

Altrepium, Altrepia, Alta ripa ad Rhenum ſupra Mannhemium. *Diœceſ. Spirenſ.*

Clingen-Münster, olim Blidenfeld prope Clingam in Præfectura Germersheim. *Diœc. Spirenſ.*

Disibodenberg, Mons S. Diſibodi. ad Glani & Navæ confluentes infra Sobernheim. vid. *Monaſt. Moguntinum.*

Georgenberg, Præpoſitura apud Pfedersheim. *Diœc. Wormat.*

Godramstein, prope Landavium Præpoſitura. *Diœc. Spir.*

S. Lam-

Digitized by Google

S. Lamperti, ad fluvium Spira diſtat a Neuſtadt uno milliari. Succeſſit Parthenon Ordinis S. Dominici. *Diœceſ. Spirenſ.*

Limburg, ad Haartam prope Duringheim, ubi Diœceſes Spirenſis & Wormatienſis dividuntur. *Diæceſ. Spir.*

Lixheim, haud procul a Lützelſtein *Metenſ. Diœc.*

Mosebach, in pago Wingartweiba horæ dimidio a dextra Nicri ripa diſtat. *Diœc. Wirceburg.* *)

Remigsberg, Mons S. Remigii in confinio Lotharingiæ in Wadegotia prope Cosla, Cuſel. vid. *Monaſticon. Mog.*

Sauer - Schwabenheim, Præpoſitura *Diœc. Mog.*

Seltz, in Præfectura Germersheim.

Sinzheim im Elſenzgau. vid. Monaſticon Wormat. Poſtea Collegium Canonicorum.

Spanheim uno diſtat milliari a Crucenaco. vid. Monaſt. Mog.

Wiesenbach im Elſenzgau, Præpoſitura *Diœc. Wormat.*

*) Monachis ſucceſſere Canonici Eccleſiæ Collegiatæ.

ORDINIS CISTERCIENSIS.

EUSSERTHAL, Uterina Vallis inter montana retro Landavium Diœc. Spirenſ.

MÜNCH-BISCHEM, Præpoſitura ad monaſterium Otterberg ſpectans, in parochia Guntersheim. *Diœc. Wormat.*

OTTERBERG uno milliari diſtat a Lutra Cæſarea. *Diœc. Mog.*

SCHÖNAU in ſylva Odoniana uno ab Heidelberga milliari diſtans. *Diœc.Worm.*

ORDINIS PRÆMONSTRATENSIS.

KAISERS-LAUTERN in Weſtraſia. *Diœc. Wormat.*

MÜNSTER-TREISA ad montem Jovis. *Diœc. Mogunt.*

PETERSBERG haud procul ab Odernheim. *Mogunt. Diœc.*

S. AUGUSTINI REGULARIUM.

FRANCKENTHAL uno milliari a Wormatia diſſitum. *Diœc. Wormat.*

HERT ad Rhenum ſupra Germersheim. *Diœc. Spirenſ.*

INGELHEIM INFER. Moguntiam inter & Bingium in Palatio regali. *Diœc. Mogunt.*

RA-

Digitized by Google

RAVENGIRSBURG in Confiniis Kirchberg. *Diœc. Mogunt.*

SCHWABENHEIM una hora & dimidia Crucenaco diſtat. *Diœc. Mogunt.*

S. ANTONII REGULARIUM.

ALCEJÆ, ubi porta & platea a S. Antonio adhuc nomen habent. *Diœceſ. Mogunt.*

OPPENHEIM, ante portam, quæ a pago nuncupata Gau-thor. *Diœc. Worm.*

WILHELMITARUM.

MARIENPORT, haud procul a Wald-Beckelheim ſupra Crucenacum. *Diœc. Mogunt.*

MÜLNBACH, in ſede Bretten. *Diœc. Spir.*

PARTHENONES ORDINIS S. BENEDICTI.

DISIBODENBERG, ad Confluentes Glani & Navæ, translato dein hoc monaſterio ad montem S. Ruperti Bingium. *Diœc. Mogunt.*

HAUSEN, infra Limburgum ad Haartam. *Diœc. Spir.*

MARIEN-CRON, infra Oppenheim: admiſit poſtea ordinem Ciſtercienſium. *Diœc. Mog.*

S. Martini, extra oppidum Creüznach. *Diœc. Mog.*

Neuburg, ad dextram Nicri ripam ſupra Heidelbergam. *Diœc. Wormat.*

Neustadt ad Haartam. *Diœc. Spir.*

Schönfeld, ſub Abbate Limburgenſi. *Diœc. Spir.*

Seebach, ſub Abbate Limburgenſi. *Diœc. Spir.*

Schornsheim, *Diœc. Mog.*

ORDINIS CISTERCIENSIS.

Alzey, extra muros ad S. Joannem. *Diœc. Mog.*

Alzey, ad S. Spiritum. *Mog. Diœc.*

Alzey, in ſuburbio Himmelgarten. *Diœc. Mogunt.*

Cumbdt, una hora diſtat a Simmern. *Diœc. Mogunt.*

Deimbach, uno milliari ab Erbesbüdesheim diſtat. *Diœc. Mog.*

Engelthal, apud Oberingelheim. *Diœc. Mogunt.*

Heilsbruck, apud villam Edenkoben uno milliari diſtat a Neoſtadio. *Diœc. Spir.*

Katharinenthal, uno horæ quadrante a Braunweiler, uno milliari diſtat a Creuznach. *Diœc. Mog.* Mau-

Mauchenheim, ad Paradiſum. *Diœc. Mogunt.*

Syon, haud procul a Mauchenheim. *Diœc. Mog.*

Weydas, horæ dimidio diſtat ab Alzæja. *Diœc, Mog.*

ORDINIS PRÆMONSTRATENSIS.

Enckenbach, haud procul a Lutra Cæſarea. *Diœc. Wormat.*

Gummersheim, apud Odernheim. *Diœc. Mogunt.*

S. AUGUSTINI REGULARIUM.

Creuznach, S. Petri. Bubencapell. *Diœc. Mogunt.*

Franckenthal, S. Stephani. *Diœceſ. Worm.*

Hert, S. Georgii, ſub eadem regula. *Diœc. Spir.*

Hocheim, Cæli Corona. Curæ Dominicanorum commiſſæ ſunt Regulares. *Diœc. Worm.*

Ingelheimer huſen, non procul a ſuperiori Ingelheim. *Diœc. Mog.*

Lobenfelt, in pago Creichgau. Tranſierunt Moniales ad ordinem Ciſtercienſium. *Diœc. Worm.*

Digitized by Google

Ravengirsburg, haud procul a Canonicis Regularibus. *Diœc. Mog.*

Vallbrück, ſub directione Præpoſiti Ravengirsburgenſis in ſub-præfectura Beckelnheim. *Diœc. Mog.*

ORDINIS S. DOMINICI.

Liebenau, prope Neuhauſen. *Diœc. Worm.*

Heidelberg, monaſterium hoc ſæculo erectum. *Diœc. Worm.*

CONGREGATIO SUB TITULO VISITATIONIS B. M. V.

Heidelbergæ &

Mannhemii. *Diœc. Worm.*

INCERTI ORDINIS ET CLUSÆ.

Bretten, *Diœc. Spir.* &

Neustadt ad Hartam, ejusdem Diœceſis.

CLUSÆ in Hochem, prope Wormatiam. *Diœc. Worm.*

Sobernheim, ad Navam. *Diœc. Mog.*

Dienhein, prope Oppenheim. *Diœc. Wormat.*

Trumbach, Cluſa ad dextram Navæ ripam a Franciſco de Sickingen reſtaurata. *Diœc. Mog.*

Spanheim, jam ſeculo XII. nota. *Diœc. Mog.*

Zelle,

Digitized by Google

ZELLE, ad Abbatiam Hornbach pertinens excrevit in Eccleſiam Collegialem. *Diœc. Mog.* nunc *Worm.*

GROS-KARLBACH. *Diœc. Worm.*

MARIA REIZBORN, ſesqui hora ab oppido Simmern. *Diœc. Mog.*

ORDINES MILITARES TEMPLARII.

Habent Domus in

NECKER-ELTZ, infra Moſebach. *Diœc. Herbipol.*

BRETTEN. *Diœc. Spir.*

MUSBACH, haud procul a Neuſtadt ad Haartam. *Diœc. Spir.*

MÜHLHEIM, prope Oſthoven. *Diœceſ. Worm.*

OPPENHEIM. *Diœc. Worm.*

S. JOANNIS JEROSOLYMITANI.

HEIMBACH, in Præfectura Germersheim. *Diœc. Spir.*

SOBERNHEIM, ad Navam. *Diœc. Mog.*

HANGENWEISHEIM, in ſede rurali Dalsheim. *Diœc. Worm.*

ORDINIS TEUTONICI Domus in

HEIDELBFRG, in der Kettengaſse.

HOHEN-SACHSEN, in Strata montana haud procul a Weinheim. *Diœc. Worm.*

Digitized by Google

Weinheim, in Strata montana. *Diœc. Worm.*

Ibersheim, in marca Hamm prope Rhenum. *Diœc. Worm.*

Ober flörsheim, ſesqui hora ab Alceja diſtans. *Diœc. Worm.*

Oppenheim, ad Rhenum. *Diœc. Worm.*

Einsiedel, prope Lutram Cæſaream. *Diœc. Worm.*

ORDINES RELIGIOSI MENDICANTES.

Collegia PP. S. J.

Mannhemii. *Diœc. Worm.*

Heidelbergæ. *Diœc. Worm.*

Neostadii, ad Haartam. *Diœc. Spir.* *)

CONVENTUS FF. ORDINIS S. DOMINICI.

Heidelbergæ. *Diœc. Worm.*

CONVENTUS FF. B. M. V. DE MONTE CARMELO.

Heidelbergæ, Diſcalceati. *Diœc. Worm.*

Mannhemii, Diſcalceati. *Diœc. Worm.*

Weinheim, ad Strata montana. *Diœc. Worm.*

Cru-

*) Hæc Collegia deleto Jeſuitarum Ordine aſſignata fuere Congregationi Miſſionis; vulgo Lazariſtis, a Domo S. Lazari, quæ Pariſiis eſt, ita dictis.

Digitized by Google

CRUCENACI. *Diœc. Mog.*
SIMMERN, auf dem Hunnsruck. *Dioec. Mogunt.* Reſidentia.

CONVENTUS FF. AUGUSTINIANORUM.

HEIDELBERGÆ. *Diœc. Worm.*
ALCEJÆ. *Diœc. Mogunt.*
WISSLOCH, Reſidentia. *Diœc. Worm.*

CONVENTUS FF. MINORUM S. FRANCISCI STRICTIORIS OBSERVANTIÆ.

HEIDELBERGÆ. *Dioec. Worm.*
KAISERSLAUTERN. *Dioec. Worm.*
OPPENHEIM. *Dioec. Worm.*
CREUZNACH. *Dioec. Mogunt.*
GERMERSHEIM. *Dioec. Spir.*
MOSEBACH. *Dioec. Herbipol.*
SÜNESHEIM. *Dioec. Worm.*
SCHWETZINGEN. *Diœc. Worm.* Reſidentia.

CONVENTUS FF. MINORUM S. FRANCISCI CAPUCINORUM in

HEIDELBERG. *Dioec. Worm.*
MANNHEIM. Dioec. *Worm.*
NEUSTADT. Dioec. *Spir.*
FRANCKENTHAL. Dioec. *Worm.*
ALZEY. Dioec. *Mog.*

BACCHA

Baccharach. *Dioec. Trevir.*
Ladenburg. *Dioec. Worm.*
Bretten, Reſidentia *Dioec. Spir.*

DOMUS HOSPITALARIORUM S. JOANNIS A DEO, vulgo FRATRUM MISERICORDIÆ.

Mannhemii, vid. Monaſticon Wormatienſe.

Omnia Diœceſis Wormatienſis Monaſteria Tomus ſpecialis complectetur; ne *Germania Sacra* in hujus Epiſcopatus delineatione parte quadam illuſtriori deſtituatur.

Prolixiora de monaſteriis Otterburgenſi, Ingelheimenſi, Schwabenheimenſi, Crucenacenſi &c. Diœceſis Moguntinæ Diplomataria huic Palatino inſerere placuit, ne Moguntinum in molem immenſam excreſceret.

Valete Amici in primis chari, & ſi qua in elencho immutanda aut in Documentis addenda vobis occurrant, candore Germano quantocyus monete, ut Tomus ſecundus auctior prodeat, & emendatior. Dabam apud Vangiones III. Kalendas Februarii anno reparatæ ſalutis MDCCXCIII.

MO-

MONASTERIA VIRORUM ORDINIS S. BENEDICTI.

MOSEBACH

A DEXTRA *NICRI* RIPA HORÆ DIMIDIO DISTANS IN PAGO *WINGARTWEIBA.*

Antiquiſſima hujus Abbatiæ notitia traditur in Diplomate mox ſequente:

In nomine ſancte & individue Trinitatis.

Otto a) divina favente clementia Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus Dei & noſtris fidelibus, preſentibus & futuris, qualiter Nos inſpicientes fidem Venerabilis Epiſcopi *Annonis*, *b*) ſemper erga noſtram Majeſtatem indubitatam & memoria retinentes ſervitium, noſtre celſitudini ab eo ſepius impenſum, ad eccleſiam ſancti Petri Principis Apoſtolorum, que eſt in Wormatia civitate

tate conſtructa, cui etiam preſidet ipſe fidelis noſter *Anno* prefatus Epiſcopus, quondam noſtre proprietatis Abbatiam Moſebach c) nuncupatam in pago *Wingariitunueibon* d), *Cononis* Comitatu e) ſitam, cum omnibus rebus, que in aliquo loco aut Comitatu f) illuc aſpiciunt, propter Dei & illius dilectionem in perpetue poteſtatis uſum tradimus. Hec autem ſunt nomina locorum illuc pertinentium: *Aliza*, g) *Geraha*, h) *Bienenheim*, i) *Lagusueld*, k) *Horegeheim*, l) *Sulzbach*, m) *Vdillingon*, n) *Cheſſaha*, o) *Cimbra*, p) *Daleheim*, q) *Scaſlenza*, r) *Mechedemulin*, s) *Larbach*, t) *Tbarecheim*, u) *Hasmaresheim*, x) *Cella*, y) *Breidenbrunno*, z) *Suueigera*, aa) *Mulinhuſa*, bb) *Malſca*, cc) *Rorheim*, dd) *Babeſtat*, ee) in pago *Nithgouue* Dut*dunvelt* ff). Hec loca una cum eccleſiis, vicis, foreſtis, ſiluaticis, ediſiciis, mancipiis utriusque ſexus, vineis, terris cultis & incultis, pratis, campis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, exitibus & reditibus, queſitis & inquirendis & omnibus appenditiis, ſive aliquo modo illuc ſe habent, ad prefatam eccleſiam fir-

Digitized by Google

firmiter donamus, ea videlicet ratione, ut predictus *Anno* Venerabilis Epiſcopus ſuique ſucceſſores pro remedio anime noſtre eternaliter poſſideant. Et ut firmior traditio hec in futuris temporibus habeatur, juſſimus hoc preceptum inde conſcribi, anulique noſtri impreſſione ſubtus affirmari.

Egbertus gg) Cancellarius ad vicem *Willigiſi* Archi Capellani notavit.

Data XVII. Kal. Dec. Anno Dominice Incarnationis DCCCCLXXVI. Indictione IIII. Anno vero regni Domni Ottonis XV. Imperii autem VIII.

Actum *Duisburg hh)* feliciter Amen.

a) Hujus nominis ſecundus, *Ottonis* Magni ex *Adelheida Lotharii* II. Italiæ Regis vidua filius, an. 955. natus : in Comitiis an. 961. Rex fuit electus, & an. 967. in Imperatorem Romæ coronatus : mox patri poſt mortem an. 971. ſucceſſit. Anno 983. VII. Idus Decembris Romæ diem clauſit ſupremum.

b) Vir claris apud Haſſiacos parentibus ortus ſpectatæ prudentiæ & integritatis ab *Ottone* Rege ex *S. Maximini* prope *Treviros* cœnobio deſumptus fundati a ſe juxta *Magdeburgum*, Bergenſis Monaſterii primus Abbas conſtitutus anno DCCCCL. ſedem Epiſcopalem apud Van-

Digitized by Google

Vangiones conſcendit. *Broweri* Annal. Trevir. lib. IX. p. 453. ex Saxonicarum rerum inſigni Chronico membranaceo annotavit, quod An. Domini DCCCCXXXXVIII. *Otto* I. Rex inſtinctu & petitione piæ conjugis ſuæ *Edith* Reginæ Abbatiam Regalem intra Urbem *Magdeburg* fundavit, hinc Urbis conditu ab origine tradito, volebat, inquit, ibi ſedem Epiſcopalem facere, ſed partem parochiæ, quæ Halberſtadenſi diœceſi ſubjacebat, a *Bernardo* ejusdem Eccleſiæ Epiſcopo, quamdiu ille vixit, impetrare non potuit, fundavit ergo inibi regalem, ut diximus, Abbatiam in honore B. *Petri* Apoſtolorum principis ac *Mauricii* egregii Thebæorum Ducis, dignique contubernalis illius *Innocentii* militis, cujus Corpus *Rodolphus* Rex Burgundionum ei ac Reginæ transmiſſum, regium, immo divinum munus donavit. Maximam quoque partem corporis *S. Mauritii* & quorundam ſociorum ejus cum plurimis Apoſtolorum, Confeſſorum ac Virginum reliquiis in eandem civitatem transtulit eodem anno jam dictus *Otto* Rex glorioſus XI. Kal. Octobris. Præfecit autem Abbatiæ *Annonem* Virum Venerabilem *Trevi-ris* de Cœnobio *S. Maximini* aſſumptum, transductis inde & aliis fratribus numero & ſanctitate monaſticæ diſciplinæ perfectionem informare ſufficientibus, qui Dominus Anno, poſtquam Abbatiam per annos, quos nos invenire nequivimus, ſtrenue rexit, Wormatienſis Præſul eligitur. *Confer. Anonymi Chronicon Magdeburgenſe apud Meibomium part. II. pag. 270. Ditmarus &c.*

c)

c) Abbatiæ *Moſebach* adſtructum eſt ejusdem nominis oppidum ſoli parens Cæſari & Imperio. Id An. MCCXCVII. VI. Idus julii *Adolfus* Romanorum Rex Nobili viro *Gerlaco de Bruberg* (nomen a Caſtro *Breuberg* in Sylva Odoniana natura & arte firmo indepta eſt Familia opibus illuſtris) cui ob dampna gravia in Thuringia pro Cæſare & Imperio perpeſſa & expenſas in bonis ibidem pro Republica redimendis in quatuor millibus marcarum & quadrigentis marcis examinati argenti tenebatur, ſibi *Gerlaco*, *Ebirhardo* ejus filio, *Arroſio* fratri ſuo & proximis ſuis heredibus Civitatem *Moſebach* cum Chriſtianis, judeis, villis, Centa, paſcuis, pratis, nemoribus, aquis, aquarum decurſibus, juribus jurisdictionibus & ſuis pertinenciis univerſis obligavit habendas & poſſidendas tam diu quousque dicto *Gerlaco*, filio, fratri & proximis eorundem heredibus ſupra memorata ſumma fuerit perſoluta. — Anno MCCC decimo quarto XVII. Kal. Octobris & X. Kal. januarii *Ludewicus* Romanorum Rex in tractatibus cum *Petro* Archi Epiſcopo Maguntino habitis ante electionem ſuam promiſit *Ebirhardo de Bruberg* ſuo Advocato provinciali procurationem reſtitutionis Caſtri *Erpach*, quod perdidit in ſervitio Eccleſie Maguntine & procurationem ſuper oppido *Moſebach* &c. *Joannis ſyllog. p.* 392. & *p.* 401. *ſq.* — Idem Imperator *Ludovicus* Palatinis Comitibus *Rudolfo* & *Ruperto* oppignorati Oppidi *Mospach* libertates, jura & privilegia ab Anteceſſoribus Romanorum Re-

Regibus atque Imperatoribus conceſſa, litteris Anno MCCCXXX feria quarta ante Palmarum *Eſslingæ* datis confirmavit nec non inhibuit in alia charta *Francofurti* Anno MCCCXXXVII. Dominica poſt Aſcenſionem Domini data: Ne *Mosbacum* amplius oppignoretur. *Acta Theodoro-Palatina T. II. p.* 101. & 102.

Anno MCCCLXIII. *Carolus* IV. Imp. *Ruperto* I. Comiti Palatino aſſenſum præbuit, ut Oppidum Imperii *Mosbacum*, additis ei junctisque villis proximis *Haſpach* & *Buttersheim* ampliaretur.

Anno demum MCCCCX. ex Ultima *Ruperti* Palatini Electoris Romanorum Regis filii voluntate *Ottoni* filiorum natu minimo obtigit *Mosbacum* dictus inde Mosbacenſis. A quo tempore inter poſſeſſiones Palatinas numerabatur.

Hæc omnia e genuinis fontibus hauſta latuere Tolnerum Hiſt. Palat. cap. 2. p. 36. quare ſeductus infirmis Sebaſtiani Münſteri narratiunculis aſſeruit, quod *Ludovicus* Severus præfecturam Mosbacenſem An. 1259. Palatinatui Rhenano plenarie inſeruerit.

d) *Wingarituueibon*, *Wingartweiba*, *Wingartheiba* Pagus Ducatus *Franciæ novæ* ſive Orientalis in Sylva Odoniana inter fluvios *Mænum*, *Nicrum* & *Tubarim*, ac inter pagos *Moynegow*, *Lobdengow* & *Neckargow*, comprehendens pagum minorem *Scaphlanzgewi*. *Confer. Nicolai Perſon Topographicæ Chartæ Satrapiarum Allenfeld & Amorbach.*

e)

Digitized by Google

e) *Lindebrogius* in Gloſſario Veteri ait: Quælibet Provincia in Comitatus diviſa, Comitatus in Centenas, Centenæ in Decurias, indeque Comites, Centenarii, Decani vocati. Apud Romanos quidem Comites fuerunt & Centuriones & Decani, tum vero etiam centumvirale judicium & Decuriones civitatum. An ergo ab illis, quod imitarentur, mutuati ſint noſtri *Franci*, dubitari poteſt. *Angli* ſervant hodieque ſuas *Hundredas*, quaſi dicas Centenatus & *Theotungas* ſive *Thetingas*, Decanatus. Decuriæ quoque in Septenas & Quintanas diviſæ leguntur, quæ in conſuetudinibus Bituricenſibus & Andegavenſibus Septaines & Quinaines appellantur, inde ergo Septenarii & Quintenarii. *Conf. Diœcœſis Moguntina In Archidiaconatus diſtincta Tom. II. pag. 6. ſq. ubi de Kunigeshundra.*

f) Non in uno Comitatu ſita fuere loca, quæ cum rebus ſuis reſpiciebant Abbatiam *Moſebach*; tentare liceat ea quoad majorem numerum in lucem proferre.

g) *Alanca-marca, Necker Eltz, Altza* infra *Moſebach* ponitur in pagis *Wingartweiba* & *Neccergaw*.

h) *Geraha* Curtis Imperii in ſuperiori *Rimegow*. De hac curte vid. cl. D. *Wenck* Heſſiſche Landes geſchichte. Urkunden pag. 4 & 5 &c. Sed alia huc pertinet *Geraha* infra *Moſebach* ad *Nicrum* ſita. *Cl. D. de Widder in Topographia Palatinatus T. 2. p.* 133 *&c.*

i) *Bienenheim* cum *Borocheim*, *Oſter-Burcken* ſeu *Borckheim* inter *Roſenberg* & *Adelsheim* refert *Beſſelius* in Chron. Gottwic. p. 851.

k) Littera L. in I. mutata lege *Jagesfeld*, *Jaxtfeld* ubi *Jaguſta*, *die Jaxt*, in *Nicarum* fluit.

l) Vid. Dioec. Mog. &c. T. 2. p. 6. ubi *Horagaheim* inter *Ludovici* Pii donationes legitur.

m) *Sulzbach* una hora *Moſebaco* diſtat. Occurrit in *Wingartweiba* & in *Neckergau*.

n) *Uecklingen*, *Ittlingen. de Widder l. c. p.* 144.

o) *Cheſſaha*, *Keſſach* prope *Meckmühl*, in *Jagesgowe*.

p) Hodie *Zimmern* ad fluv. *Kiſacam*, *Keſſach* prope *Adeltzheim*.

q) *Dallen* prope *Neckerburcken*.

r) *Schefflentz* Ober- Mittel- Unter.

s) *Meckmühl* alibi audit *Mechitamulin*, *Mittamulin*.

t) *Lorbach* uua *Mosbaco* diſtat hora.

u) *Uebrigheim*.

x) *Hasmarsheim* uno milliari ſupra *Mosbacum* ad ſiniſtram *Nicri* ripam.

y) Plures extant hujus nominis villæ cum addito Kirchodorff &c. *Cella*, *Langenzell* &c.

z) *Breitenbronn* haud procul ab *Obrigheim*.

aa) Horæ dimidio diſtat a caſtro *Boxberg*.

bb) In *Creichgovia*.

cc) *Malſcure marca*, *Malſcher marck* vid. Traditiones Laurish.

dd) Vid. cit. tradit.

ee) In Tradit. Laurisheimenſibus occurrit.

ff) *Dottenfeld* prope *Vilbel* pertinet ad monaſterium *Ilbenſtadt*.

gg)

Digitized by Google

gg) *Egwertus*, *Ekbertus* ſeu *Engelbertus* in diplomatibus legitur apud *Hundium*, *Leuberum*, *Martenium*.

hh) In Ducatu *Ripuariorum* ejusque pago *Ruricgowe* *Ruram* inter & *Angram* Curtis Regia cum palatio *Duisburgum*.

Ex omnibus hiſce locis XXIII. Eccleſſiæ Wormatienſi pia & regia liberalitate traditis nec unicum priori Domino manſit reliquum. Quo jure & qua via & quo temporum fato ad alios ea pervenerint & detineantur, documenta forte fortuna e tenebris eruenda docebunt.

In edendo Moſebacenſi diplomate non *Schannatum* ſecuti ſumus, ſed *Scheidium*, qui in Originibus Guelphicis Tom. IV. p. 286. illud protulit e præclaro codice circa medium ſeculi XII. manuſcripto, curante Scholaſtico majoris Eccleſiæ Wormatienſis, nunc in Bibliotheca Hannoverana aſſervato.

Abbatia tandem converſa eſt in Eccleſiam Collegialem, cujus documentorum librum Copialem nunc poſſidet eximius Muſarum Amicus Mannhemii. Editionem illius pro eruendis veritatibus hiſtoricis avide præſtolantur quam plures.

ALTA RIPA 1)

CELLA S. MEDARDI 2) ALTREPIA 3) ALTRIPIUM 4) ALTRIPPE 5), ALTRIP. 6).

1) Caſtella ad Rhenum a *Druſo* condita, & temporis injuria & Alemannorum Francorumque irruptionibus vix non everſa *Valentinianus I.* Imperator An. Chriſti 369. reſtituenda ſtatuit: & ipſemet loca munienda inviſit; ita quidem, ut die XVII. Maji *Complati:* die IV. Junii *Martiaci:* die XIX. ejusdem *Altæ-Ripæ*, & die XXX. Auguſti *Briſiaci* fuerit &c. — In notitia Imperii circa initium ſeculi V. conſcripta a *Guidone Pancirolo* edita occurrit DUX MAGONTIACENSIS.

Sub diſpoſitione Viri ſpectabilis Ducis Magontiacenſis.

Præfectus militum Pacenſium, *Saletione.*
Præfectus militum Menapiorum, *Tabernis.*
Præfectus militum Andereccianorum, *Vico Julio.*
Præfectus militum Vindicum, *Nemetes.*
Præfectus militum Martenſium, ALTA RIPA.
Præfectus militum ſecundæ Flaviæ, *Vangiones.*
Præfectus militum Armigerorum, *Magontiaco.*
Præfectus militum Bingienſium, *Bingio.*
Præfectus militum Baliſtariorum, *Bodobrica.*
Præfectus militum Defenſorum, *Confluentibus.*
Præfectus militum Acincenſium, *Antenaco.*

2) In Teſtamento S. Salvatoris, quod *Pipinus* Rex An. 762. fieri juſſit Abbatiæ Prumienſi (an. 720. a *Bertrada* ſeu *Berta* avia alterius

Ber-

Bertradæ conjugis *Pipini* Regis fundari cœptæ Martene Ampliſs. Coll. T. 1. p. 23.) legimus inter alias Traditiones — Tradimus igitur ad ipſum Sacratiſſimum locum ſuperius Comprehenſum, *Cellam* jure proprietatis noſtræ in Pago Spirenſi, quæ eſt conſtructa in honore *Sancti Medardi* cum villis & appendiciis ſuis — *Mabillon. Acta Benedict. Tom. II. p.* 705. Hujus rei ut magis certi reddamur, facit Regiſtrum bonorum Eccleſiæ Prumienſis a *Cæſario* Heiſterbacenſi monacho, Ex-Abbate Prumienſi conſcriptum & ad *Fridericum* Abbatem Prumienſem an. MCCXXII. transmiſſum. (apud Honthemii hiſt. Trevir. Dipl. Tom. 1. p. 660. &c.) Ait autem pag. 696. — Apud *Altrippe* juxta fluvium *Rheni* prope *Necroye* (*Neckerawe*) de quo videlicet *Altrippe* ſæpius mentio fit in iſto libro, erat antiquis temporibus *Cella* fratrum noſtrorum religioſorum & erat ipſa *Eccleſia* in honore *S. Medardi* conſecrata.

3) An. 868. *Hludovicus* Rex notum fecit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, quod Dominus avus ſuus conceſſerit quamdam decimam ad *Monaſterium Altrepiæ*, de fiſco, qui vocatur *Neccranva* (*Neccerau*). Poſtea vero ſervi in eodem fiſco conſiſtentes reclamaverint ſe ad Domnum Genitorem ſuum & dixerint ei, quod non potuiſſent propter inundationem Rheni fluminis Eccleſiam quærere ad Divinum Officium audiendum. Domnus vero Genitor ſuus glorioſiſſimus Imperator miſertus eorum conceſſerit quoddam curtile in præ-

ſato fiſco *Neccrauvia* ad unam Eccleſiam conſtruendam nec non & unum manſum, unde ipſa dotata fuerit. Et etiam de terris, ſicut illi per licentiam Genitoris ſui, ſcilicet ſervi ibi dotaverunt, illam vero eccleſiam cum præfato manſo conceſſerit Domnus Genitor ſuus ad præfatum *Monaſterium Altripiæ.* Poſtea vero deprecatus ſit Celſitudinem ſuam Venerabilis Abba *Ansbaldus* una cum ſancta Congregatione ſibi commiſſa, ut auctoritatis Regiæ præceptum ſuper hoc ſcriberetur. Cujus petitioni ob amorem Domini noſtri Jeſu Chriſti libenti animo aſſenſum præbuerit decernendo ita fieri, ut præfata Eccleſia in prænominato fiſco *Neccrauvia* cum illo manſo, quem Domnus Genitor ſuus ibi conceſſit, nec non & cum terris, quas illi ſervi per licentiam Domni Genitoris ſui ad illam Eccleſiam donaverunt, nec non & cum omni decima, ſicut temporibus Domni Avi & Genitoris ſui pleniſſime ibi data fuit, perpetualiter deinceps habeant absque ulla contradictione & nullus eis inde ullam moleſtiam vel inquietudinem facere præſumat. *Martene Collect. Ampliſſ. T.* I. *p.* 187.

Anno demum 882. integra Curtis Regia *Neccravia* ſub *Carolo Craſſo* Imperatore acceſſit poſſeſſionibus monaſterii Prumienſis, teſte charta ejusdem Martenii loc. cit. p. 216. ubi dicitur: — Noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum induſtria, qualiter nos ad monaſterium, quod dicitur Prumia, in honorem S. Salvatoris conſtructum, audita

audita infeſtatione paganorum, qui dicuntur Nordmanni, ad eundem monaſterium erumpentium, quamdam Curtem noſtram, quæ dicitur *Neckarauwa*, in Comitatu *Loubungowe*, cum omnibus ad eam legitime aſpicientibus, mancipiis, ædificiis, terris, agris, vineis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, exitibus & reditibus, mobilibus & immobilibus ..... Data XI. Kal, Jun. Anno Incarnationis Domini DCCCLXXXII. Anno Imperatoris *Karoli II.* Actum in *Wormatia* Civitate.

4) *Calmet* hiſt. de Lorraine Tom. II. probat. Col. 102. An. DCCLXIII. *Pipinus* Rex Abbatiæ Prumienſi Cellam juris ſui in *Altrepio* ſuper fluvium Rheni in pago Spirenſi conſtructam in honorem *S. Medardi* cum villis & appendiciis ſuis donavit. *vid. Subſidia Dipl. T. X. p.* 306.

5) *Cæſarius*, vid. not. 2., loc. cit. p. 695. ſunt in *Dinheim* manſa XII. ex quibus habet *Gundaldus* manſum I. & Major I. ſolvit unusquisque de vino ſitulas XII. axiles ad *Altrippe* Centum.. Tres carradas de fœno debent *Altrippe* ſecare... Scaram faciunt cum navi ad *S. Goarem*, ad *Altrippe*... — De *Wilre* ſita juxta *Bolanden* non longe de *Alvesheim*, ducunt inter duos de vino ad *Altrippe* carradam unam. — *Alvesheim* .. ſolvit unusquisque.. ſecat de fœno Carradas V. *Altrippe* aut ſolvit denarios V. —In *Binge* reſident homines VI.. faciunt ſcaram ad *Altrippe*...

6) Sic hodie compellatur.

Anno MCCLXXII. jus præſentandi ad Eccleſiam in *Aldruphe* exercitum fuit per Abbatem in *Himmenrode*, ſic enim in Originali legimus: Mag. C. officialis Domini Præpoſiti Spirenſis Decano in *Didensheim* *) ſalutem in Domino. Noveritis quod Venerabilis Dominus Abbas Hemminrodenſis *Lamperdum* Sacerdotem preſencium exhibitorem ad Eccleſias in *Geigenheim* **) & in *Altdruphe* pro vice-paſtore præſentavit, quem loco Domini noſtri Præpoſiti Spirenſis præſentatum recepimus & eidem curam porreximus animarum, mandantes vobis, quatinus cum idem Sacerdos ad vos venerit & preſentari voluerit, ipſum tam fratribus veſtri Capituli ***), quam populo ibidem pro vice-plebano dictarum Eccleſiarum preſentetis, facientes eidem obedientiam condignam exhiberi. Datum Anno Domini MCCLXXII. feria tercia poſt Oculi „.

An.

*) *Deidesheim.* vid. Subſid. Diplom. T. X. p. 312.

**) *Genheim*, *Rheingenheim.* l. c. p. 306.

***) Decanatus in *Bühel.* l. c. p. 305.

An. MCCCLXI. facta eſt diviſio bonorum Abbatiæ Prumienſis in duas portiones, Abbatialem unam, & Conventualem alteram. Ad illam data eſt *Altrepium* ſuper fluvium Rheni cum omni merito & appendiciis, Anno MCXCI, ab *Henrico VI.* Imp. Himmenrodenſibus donatum.

LIMBURGUM *a)* AD HARTAM *b)*
MONASTERIUM
ORDINIS S. BENEDICTI.

Anno Dom. MXXX. XII. Julii.

Conradus II. c) Imperator cognomine Salicus d) ex Ducali Franciæ Orientalis ſtirpe ortus, *e)* zelo pietatis animatus in caſtro ſuo Limpurgenſi gentilitio *f)* prima Eccleſiæ plane inſignis *g)* fundamenta *h)* poſuit, cui adſtrueretur Monaſterium Ordinis S. Benedicti.

a) Varie ſcribitur: *Limburg*, *Limberg*, *Lintpurg*, *Lindpurg*, *Ligenpurg* &c. Cumque permultæ extent hujus nominis oppida & caſtra, ad diſtinctionem aliorum efferuntur cum addito: *Limburgum* in Circulo Franconico, in *Weſtphalia*, in Ducatu Brabantino, in Comitatu *Ravens-*

Digitized by Google

venſberg, ad *Rhenum*, ad *Lahnam*, & noſtrum ad *Haardtham*, an der Hardt prope *Türckheim* (*Thuringeheim*, *Dorenkheim*) ubi rivus e Valle profluens Diœceſin Spirenſem ſeparat a Wormatienſi.

b) *Hardt*, idem ac Silva. Per *Helvetiam* atque *Germaniam* plures Silvæ vocantur *Hardt*. Sic. *Speshart* (*Spetheshart*, *Spechteshart*) *Luſſhart*, *Sunderhart*, *Reinhart*, *Höenhart*, *Lindenhart*, *Eicheshart*, *Birckenhart* &c. vel a ſitu vel a qualitate arborum, quæ in Sylvis illis aluntur, vel ab alia circumſtantia ſic compellatæ. Confer. Schöpflini Alſatia Illuſtrata T. I. pag. 653. ubi profert XVI. diſtrictus Sylvarum ab *Argentorato Türckhemium* usque, queis nomen *Gerayda* indiderunt. In *Rhingavia* quoque notæ ſunt die *Hayngerayda*, judicia foreſtalia, de quibus legi meretur Schunck in den beyträgen zur Maintzer Geſchicht T. 1. p. 185. 186. 204. 385. 386.

c) *Heinricus II.* Imperator deſignato ſibi ſucceſſore *Conrado Franciæ* & *Sueviæ* Duce *Grunæ* decumbens defunctus eſt Anno vitæ ſuæ quinquageſimo ſecundo, Regni vigeſimo ſecundo, Imperii decimo, Idus julii Dominicæ Incarnationis Milleſimo vigeſimo quarto. Poſt interregnum octo hebdomadum convenerunt Principes apud villam *Kambam*, inter *Moguntiæ* confinia & *Wormatiæ*, ubi locus eſt amplitudine planitiei cauſa multitudinis maximæ receptibilis, ex inſularum receſſu ad ſecretas res tractandas tutus & habilis. Ut ait *Wippo* in vita *Conradi* Salici p. 463. ibique *Conradus* noſter

noſter electus eſt. Villa *Campa* evanuit. Sita erat in arundinetis haud procul ab *Erfelden*: veſtigia ejusdem hodiedum ſuperſunt in reſiduo *Kammerfeld* (*Kamperfeld*) *Kammerhof* (*Kamperhof*)

d) In *Francorum* Republica duo populi præcipue diſtinguebantur, *Salii* nempe & *Ripuarii*. Illi ſuos fines habebant intra *Carbonariam* (ingentem Belgii Sylvam) & *Ligerim*. A *Saliis* populis Terra Salica nomen indepta. *Ripuarii* autem a ripa *Rheni* ſic dicti ſeculo V. a *Colonia Agrippina Moguntiam* usque extendebantur, *Saxonum* facti finitimi, verſus occidentem *Moſella*, *Moſa*, *Scaldis* & *Sylva Carbonaria* eorum termini &c. Licet autem *Salici* primitus ii dicerentur, qui in Terra Salica nati, ſenſim tamen ad omnes *Francos* hæc adpellatio fuit perducta; & quidem poſtquam *Franci* Gallias ſibi ſubjeciſſent *Salii* fuerunt aulici, & ſalica perſona eadem erat ac Salica, & Salici Francorum dicebantur nobiliſſimi.

e) *Conradi* Pater erat *Henricus* Francorum Dux. Avus *Otto* ex antiqua & Regia ſtirpe Ducum Wormatienſium. Abavus *Conradus* ſapiens *Ottonis* Magni Gener. Mater *Adelheyda* Metenſis antiquiſſimæ ſtirpis. *Conf. Leibnitius Tom. II. pag.* 194. ad *Chronicon Quedlinburgenſe*.

f) In vita *Popponis* Abbatis Stabulenſis ab *Everhelmo* Altimontenſi litteris mandata legitur, quod eidem *Popponi*, qui *Conrado* Regi charus erat, ſub annum MXXXVIII. commiſſa fuerit

fuerit hujus Cœnobii *Lintburg* in *Voſago* ſiti exſtructio, quod *hæreditaria ſorte jam olim in manus Regis venerat* pro ſtruendo inibi in honore *S. Joannis* Evangeliſtæ. Qui (*Poppo*) eundem locum ferarum cubile in cœnobium commutavit, eique præfecit *Joannem* nepotem ſuum, qui ſimul erat apud *S. Maximinum Treviris.*

g) Magnificæ hujus ſtructuræ delineationem paulo infra ad annum MXXXIV. exhibebimus.

h) Chronicon Epiſcoporum Spirenſium nov. Subſid. Dlplom. Tom. I. p. 120. inſertum refert in *Walthario* Epiſcopo: Anno MXXX. Idem Rex (*Conradus*) tam Cœnobii Limpurgenſis, quam & Templi primarii Spirenſis fundamenta poſuit, dumque ex ipſius mandato *Waltharius* Epiſcopus utrumque opus perficiendum curat, eidem immoritur anno proxime ſequenti MXXXI. die III. Nonas Decembris. *Trithemius* T. I. Chronici Hirsaugienſis pag. 170. fere eadem ſic memorat: Anno Domini MXXXIII (numerus ternarius abundat) Julii menſis die XII. *Conradus* Imperator mane hora quarta primum lapidem in monte *Lympurg* pro manaſterio noſtri Ordinis conſtruendo poſuit: quod per ſe inchoans per filium in XII. annis feliciter perfecit. Conſtruxit autem inſignem valde Eccleſiam, quam in honorem S. Dei Genitricis *Mariæ* ac vivificæ Crucis voluit conſecrari. Locus hujus Monaſterii Lyntpurgenſis antea fuit castrum, quod ipſe *Conradus* jure hereditario poſſidebat, tribus a *Wormatia* & totidem a *Spira* diſtans

Digitized by Google

diſtans milliaribus. Addit *Lehmannus* in Chron. Spir. lib. V. cap. XIX. pag. 417. quod Imperator eodem adhuc die primarium poſuerit lapidem ibidem in monte *Guidonis* pro Eccleſia in honorem *S. Joannis* Evangeliſtæ conſecranda. Concludit *Trithemius* l. c. quod miranda ſit & ſempiternis celebranda laudibus in Deum devotio *Conradi* Cæſaris, qui uno die trium inſignium Eccleſiarum fundamenta jejunus poſuit, quas maximis prædiis & poſſeſſionibus ad ſuſtentationem ſervientium Domino, in prima Monachorum, in ſecunda & tertia Canonicorum magnifice dotavit.

Anno MXXXII. *Sigefridus I.* Epiſcopus Spirenſis a *Conrado* Imp., dum ambo ſimul eſſent *Limpurgi*, Litteras protectorias in favorem Eccleſiæ ſuæ impetravit. *Ita Chron. Epiſcoporum Spirenſium ſupra citatum pag.* 120.

Eodem Anno idem Imperator, ut ait, in loco noſtro hereditario *Lintburg* nominato manentes pro remedio animæ noſtræ & contectalis noſtræ Giſelæ Imperatricis Auguſtæ, & amantiſſimæ noſtræ prolis Heinrici Regis Regingero Spirenſi Epiſcopo & Eccleſiæ, cui ipſe Deo donante præſidet, ſuisque ſucceſſoribus Abbaciam *Suarzaham* vocatam, ſitam in pago *Mortenowa*, in Comitatu *Beretholdi* cum omnibus ad eandem per-

itnen-

tinentibus.... in proprium tradidimus eo tenore, ut præfatus Epiſcopus ſuique ſucceſſores ammodo & usque in ſempiternum Abbacie a nobis in præfato loco Lintburg conſtructæ *) & in Epiſcopio ſuo ſitæ miſericordes Defenſores, Adjutores contra omnes homines pro poſſe atque noſſe ad juſticiam exiſtant.... Datum X. Kal. Marcii, Indiccione XV. Anno Dominicæ Incarnationis MXXXII. Anno autem Domini *Cunradi* Secundi Regni VIII. Imperii vero V. Actum Lintburc feliciter Amen. *Subſid. Diplom. T. IV.* p. 318.

*) Baſilica pars monaſterii noſtri principalis anno MXXX exſtrui cœpta fervente operariorum copia, eosque excitante vigili Imperatoris præſentia tantos per hoſce annos in altum fecit progreſſus, ut jam completum opus atque perfectum videretur.

POPPO
ABBAS MONASTERII LIMBURGENSIS PRIMUS.

Anno MXXXIV. Imperator, advocato ad ſe Abbate *Poppone* 1), ex Gentilitio Caſtro *Limburg*, quod Nemetes inter & Vangiones ſitum, Baſilicam ſuscitans,

citans, eam S. & D. Joannis Evangeliſtæ honori dicandam curavit. Quam ipſe *Popponi* deinde commendans, monaſterium ſimul exædificandi pro arbitratu & monachos eo probatis vitæ legibus inſtitutos deducendi, poteſtatem fecit. *Browerus Annal. Trevir. lib. XI. pag.* 517. *n. LVII.*

1) *Henricus II.* Imp. An. MXXIII. *Popponem* Abbatem Stabulenſem *Harichoni* Abbati ad S. Maximinum in itinere ad Terram ſanctam defuncto ſucceſſorem dedit, & Conradus II. Imp. An. MXXIX. univerſas regii juris late per Germaniam Abbatias, quæ caruiſſent Rectore, *Popponis* unius licet multum reluctantis induſtriæ vigiliæque credidit; jusque ipſi, vel eas per ſe adminiſtrandi, vel viros idoneos ſubſtituendi, tradidit. Et vero, quam præclare, ſeduloque hac tam ampla poteſtate functus ſit ipſe, teſtantur inprimis excellenti non minus religione, quam monaſticæ disciplinæ peritia viri, quos diverſis ipſe dein temporibus pro Officii ratione in varias quoquo verſus Abbatias deſcripſit. Et Hersfeldenſibus quidem *Rodulphum* dedit, futurum aliquando Paderbornenſium Antiſtitem: *Nordbertum* monaſterio S. Galli ſubalpino: Wirceburgenſibus *Wolmarum*: poſthæc Epternacenſi Treviris finitimo *Humbertum*, morum integritate ſpectatum virum; *Ellonem* vero Bruwillerio S. Nicolai, apud Agrippinenſem Coloniam tum

primum aſſurgenti; ſimiliter Ultrajecti S. Paulo *Herigerum*, Mediomatricis S. Vincentio *Heribertum* Rectores eſſe juſſit. *Walciodorum* inſuper Lamberto; *Nuvilarium* Theodorico; monaſterium S. Eucharii apud Treviros *Popponis* Archiepiſcopi nutu *Bertulfo* attribuit. Porro *Everhelmus*, qui hæc ipſa memoriæ conſecravit, in Alto-Monte Rector ab eo conſtitutus, ut item *Heribrandus* Cellæ D. Gisleni. Ipſemet *Poppo* noſter Boſendorffium in finibus Lotharingiæ peramœno ſeceſſu juxta *Niddam* rivum, quem *Saravus* abſorbet, monaſterium ædificavit, & aggregatis in vitæ communionem cœnobitis, *Cunonem* Abbatem eis præpoſuit. Sic quoque *Poppo* Abbas ad ſtabulenſe ſuum Cœnobium pro moderatione ejusdem profectus *Joannem* Nepotem, virum vere religioſum, cœnobitis S. Maximini præfecit futurum ſimul mox Abbatem Limpurgenſem. Hic Bernhard in Antiquit: Naumburgenſ: cap. V. §. I. Browerum erroris inſimulat, quod Limburgum ad Lahnam cum noſtro ad Hartam male confuderit; ſed attente legens Broweri verba eum innocentem abſolvet, & præproperum cenſorem Bernhard juſte declarabit, qui inſuper in catalogo Abbatum Limburgenſium erronee diſpoſito *Popponem* omiſit & *Joannem*. Cœterum novæ hujus monaſticæ plantationis mentionem innuunt Eccard Tom. 1. pag. 1340. ad an. 1025. ubi ex Chronico Luneburgico: De Koning Conrad Stichte (ſtifftete) do en Cloſter von ſiner burch Limborch unde begonde aller erſt des biſchop-
domes

domes to ſpire, dat vollenbrachte do ſine ſone de Keiſer Heinric. De eodem Monaſterio Epiſtola monachorum Limpurgenſium ad Metenſes S. Vincentii monachos, qua exponunt, qua ratione S. Luciæ brachium a Theodorico Metenſi Epiſcopo impetraverint, quam ex MS. Codice S. Vincentii Metenſis publici juris fecit Martene Theſaur. Anecd. T. I. p. 292. In ea enim diſerte commemorant, Divæ memoriæ Domnum Kunradum Imperatorem cum conjuge ſua Gisla devotiſſimum loci ſui extitiſſe fundatorem atque conſtructorem. Addatur Sigeberti Gemblacenſis hiſtoria translationis reliquiarum S. Luciæ. Apud Meuriſſe hiſtoire des Eveques de Metz p. 319. ſq. Hermannus Contractus ad a. 1034.

Cooptatis in novum Monaſterium religioſis atque perfectis viris, cultu divino diu noctuque peragendo præclare ordinato, diſciplina regulari ad normam S. Benedicti rite inſtituta a Conrado Imperatore & Giſela conjuge XVI. Calend. Februarii Anno Dominicæ Incarnationis MXXXV. obtinuit Poppo litteras fundationis cum prædiis Imperatori propriis, nempe *Durincheim a) Wachinheim, b) Sciferſtat, c) Godertheim d)* & in pago Weterewe *e)* in Comitatu Ottonis *Eichene, f) Sundelingen, g) Fuirbach, h) Sulzbach i)* cum

omnibus appendiciis ſuis, hoc eſt, mancipiis, areis, ædificiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, piscationibus, campis, ſilvis, venationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis, nec non cum omni utilitate, quæ ſcribi & nominari poteſt, ea videlicet ratione, quatenus Abbas hujus loci eadem poteſtate & utilitate, quam nos (Imperator ait) habuimus, deinceps libere habeat, & quicquid inde provenit, in uſum Eccleſiæ & Fratrum diſponat. &c. Deſcribuntur dein jura in familiam monaſterii exercenda. *Vid. Documenta Nro. I.*

a) *Dorencheim*, *Thuringeheim*, hodie *Dürckheim* adjacet Hartæ, ubi limites ſunt Vangionum atque Nemetum. Villa hæc in urbeculam converſa monti proxima eſt, cui Caſtrum olim, dein Cænobium Limburg fuit impoſitum. Triſtia ejusdem adhuc viſuntur rudera.

b) *Wachenheim*, Caſtrum & villa ſita haud procul a Duringheim in Spirchovia notatur in charta Rudolfi II. Electoris Palatini an. 1340. apud Honthemium Hiſt. Trevir. Tom. II. p. 142, ut appareret diſtinctio a *Wacchenheim* in pago Wormatienſi ad *Primmam*.

c)

Digitized by Google

c) *Schiefferſtat* in pago Spirenſi. *vid. ſubſid. Dipl. T. 9. p. 164. & T. 10. p. 309.*

d) *Creudentheim, St. Greden* villa Dürkhemio proxima, ſi inde Verſus Lutram Cæſaream proceſſeris.

e) Major pagus Franciæ Orientalis a fluviolo wetter *Wedder* nominatus.

f) Occurrit *Eigene* in documento ſuper congrua parochi in Heldenberg, quam parochiam Abbas & Conventus in Limburg Majori Capitulo Moguntino contulit An. MCCXXXI. *Vid. Diæc. Mog. in Archidiaconatus diſtincta. Tom. III. p. 152.*

g) Paulo infra Höchſtam ad dextram Mogani ripam. In Adelberti II. Archiep. Mog. recenſu plurium S. Johanni in Epiſcopi Monte factarum oblationum earumque confirmatione an. MCXL. facta legitur: *IIII. manſi ſiti in Sundelingun.* de Gud. T. 1. pag. 125.

h) Fridbergam inter & Ilbenſtadium in Wetteravia.

i) Una ab Höchſt diſtat hora *Sulzbach*, cujus parochiæ patronus erat Abbas Limburgenſis. *vid. Diæc. Mogunt. in Archidiaconatus diſtincta T. II. p. 63.*

Poppo ad alias curis ſuis concreditas diſceſſurus Abbatias Joannem Nepotem ſuum Monaſterio Limpurgenſi præfecit Anno MXXXV.

JOANNES.

S. Maximini Abbatiæ apud Treviros ſimul præfuit & Limpurgenſi, atque utrique profuit. *)

*) Martene Tom. II. p. 58. concambium profert inter Abbatias S. Maximini & Malmundarienſem auctoritate *Conradi* Imp. initum. In Charta deſuper confecta negotium ita enarratur: — Concambium factum eſt de *Aſteneburno* villa S. Petri, quæ fuerat pertinens ad altare Malmundarii. Igitur regnante Domno Imperatore *Cuonrado* villa quædam *Hannubro* (*Hanevilare*) vocata erat de Abbatia ſancti Maximini. Et quoniam bonum erat ipſius Imperatoris, placuit ſibi eandem *Anubro* de loco accipere & Moguntiæ S. Martino dare. Erat eo tempore Comes quidam *Giſelbertus* in partibus Hasbanniæ, qui ob irreverentiam ſui malefacti ipſius Imperatoris amiſerat gratiam. Ob hanc reacquirendam bonum ſibi viſum eſt, ſupradicto Imperatori de allodio ſuo dare XX manſus apud *Coruvorommo* cum omnibus eorum appendiciis, terris cultis & incultis, ſilvis, aquis, omnibusque ipſius allodii uſuariis. Placuit itaque ipſi imperatori, ob ſalutem animæ ſuæ, hoc bonum ſibi a prædicto Comite datum S. Maximino reſtaurare pro villa, quam ſupra diximus, eum de loco accepiſſe. Igitur *Joanne* Abbatiam S. Maximini regente, quoniam hoc bonum longe a loco aberat, bonum ſibi viſum eſt alias commutare,

re, petiitque domnum *Pupponem* tum temporis monaſteriorum Stabuleti & Malmundarii Abbatem, ut hoc bonum, quoniam Abbatiæ ſuæ vicinum erat, ſibi acciperet & villam *Aſteneburno* vocatam, loco ſuo proximam, ſibi pro hoc bono traderet. Placuit hoc ſupradicto Abbati *Popponi* & convenit utriſque commutationem facere prædicti boni. Igitur convenientibus ipſis in unum, ſimul & advocatis ipſorum locorum comite *Henrico* de bono S. Maximini, *Friderico* fratre ejus de Abbatia S. Remacli, tradita eſt prædicta *Aſtenebruno* ab Advocato *Friderico*, præcepto domni Imperatoris, atque conſenſu Domni Abbatis *Popponis* Comiti *Henrico* in ſervitium S. Maximini cum omnibus appendiciis ſuis, terris cultis & incultis, ſylvis, aquis, aquarumve decurſibus, cunctiſque inde procedentibus, debitis, quæſitis & inquirendis. Item datum eſt Comiti *Friderico* ab Advocato *Henrico* in Servitium S. Petri ad altare Malmundarii, quidquid datum fuerat a prædicto Imperatore S. Maximino apud *Curunorommo* cum omnibus appendiciis ſuis, terris, ſylvis, aquis, omnibusque debitis, uſuariis; viſumque communibus utriusque partis fidelibus eſt, inæqualem hanc eſſe commutationem pro prædicto bono, dato ab Abbate *Poppone*. Unde ſibi auctum eſt ab Abbate *Joanne*, quod habebat *Wendenges* de bono S. Maximini & apud *Rinmago* dimidium manſum & quinque partes vineæ, ſuper Moſam quoque manſum, & dimidium, cum omnibus horum appendiciis; fa-

 miliam

miliam quoque ultra Moſam, quæ erat S. Maximini....

Hoc ipſo adhuc anno *Joannes* utilitati Abbatiarum invigilans deceſſit V. Idus julias, in periſtylio S. Maximini tumulatus ſub grandi lapide, hanc antiqui generis litteris inſcriptionem habuit:

Fundite corde preces, putret hic pius Abba Joannes.
Heu gravis illa dies te Pater! hinc rapiens.
Eccleſiæ paucis huic poſtquam præfuit annis,
Pſichis judicium ſoma ſubit tumulum.
Idibus in quinis dum fervet julius arvis,
Translatus medio redditur in Domino.
Hunc pie Pantocrator vitæ non mortis amator,
Poſcentum votis cœtibus adde tuis.

In Epternacenſes faſtos ita relatus legitur:

V. Idus Julii Johannes Presb. & Abbas S. Maximini. *Sic Necrologium S. Maximini.*

Joanni præfato ſuccedunt in Limburg *Gumbertus* — *Hagano* — & *Godestinus*; ſed quod invito *Poppone*, omnes cito male perierunt. Ita in vita *Popponis* aliquoties nominata. Hi tres igitur Catalogo Abbatum non inſeruntur.

Inde-

Indefeſſa interim *Popponis* cura effecit, ut Domo Domini Limburgenſis Monaſterii ultima manus pedetentim adponeretur, *) eidemque legitimus & vigilans præficeretur Abbas.

*) Anno MXXXIX. IV. Kal. Decembris ara in choro ibidem a *Bardone* Archiepiſcopo Moguntino conſecrata eſt &c. in honorem S. Andreæ.

An. MXL. IX. Kal. Aprilis idem Archiepiſcopus præcipuum altare ante chorum in honorem utriusque SS. Joannis Evangeliſtæ & Baptiſtæ conſecravit. Ante idem altare *Kunigundis Conradi* Imp. ſeu Fundatoris filia poſtmodum ſepulturam obtinuit.

An. MXLI. abſoluta Cripta tria in ea altaria conſecrarunt *Hazecho* Epiſcopus Wormatienſis illud ad dexteram in honorem S. Kiliani; medium *Piligrimus* Archiepiſcopus Colonienſis; tertium a ſiniſtra in honorem S. Agathæ *Reginhardus* Spirenſis Epiſcopus præſente Imperatore &c. &c. (Anni autem Piligrimi & Reginhardi diſcordant ab hoc chronico MS.)

In hac cripta ſepultus perhibetur *Wolframus* juvenis infans, filius Imperatoris cum hac epigraphe:

Hic jacet in modico Wolffram puer inclitus antro,
Linea clara tulit, quem cito mors dirimit.
Nam trimum quintæ decimæ rapuere Calendæ.

Aliud Anonymi Chronicon MS. a priori longius abſcedit; nam facta, quæ paulo ante notavimus ad Annos MXXXIX. MXL & MXLI. ponit ad annos MXXIX. MXXX & MXXXI. ſicque decennio prius. Ex quo videre eſt, quod Chronica cum Chartis & Diplomatibus probe & caute ſint examinanda.

Abſoluto demum Monaſterio cum Templo, utrumque ritu ſolenni dedicatum eſt Anno MXLV. in honorem vivificæ crucis *)

*) Eccleſia magna fuit atque pulcherrima, pedes in longitudine excedens quinquaginta & ducentos, in latitudine vero centum quadraginta; in qua fuerunt altaria viginti: & revera (*ait Trithemius Chron. Hirſaug. T. 1. p. 170.*) non memini me noſtri ordinis Eccleſiam vidiſſe majorem & pulchriorem. Columnis ex ſolido ab introitu uſque ad chorum viginti magnis fuit ſubnixa, quarum unaquaeque in longitudine pedes habebat XX. & in circumferentia latitudinis cubitos geometrales binos ferme continebat. Erectae ſtabant ſuper baſes magnas & quadratas, capitella ſimilis formae & magnitudinis, habentes, ſuper quibus muri ab utraque parte in modum ſemicirculi uſque ad tectum extendebantur.

Interea *Poppo* noſter, cum opinione ſanctitatis omnium in ſe Belgarum ora convertiſſet, hujus denique anni (MXLVIII.) principio ſancti Vedaſti Atrebatum Abbatia relicta Stabuletum feſtinabat ad tirocinii ſui incunabula. Sed cum Divino afflatus numine mortem ſuam jam adeſſe ſciret, in Martiniano

mo-

Digitized by Google

monaſterio ex febri decumbens cilicium ſibi ſtravit, illudque nudis pedibus adiit; terram deinde prono corpore deoſculatus in aſperrimo jacens ſtromate cœlum inhiabat; moxque elata voce illud Eccleſiæ reſponſum velut epinicium exorſus: Subvenite ſancti Dei, occurrite angeli Domini, viam ſibi ad vitam beatam muniebat, haud immemor curæ tamen paſtoralis; nam *Theodoricum* monachum, quem a teneris omni pietatis genere imbuerat, accerſens, e veſtigio ire eum ad Imperatorem, nuntiareque jubet, ut monaſterii Divi Maximini in Treviris ipſum *Theodoricum* Abbatem edat. At iis, qui aderant curioſe ab eo ſciſcitantibus, ecquid igitur Stabulao fieri vellet, & quem iis ſucceſſorem daret? locum eum, reſpondit, ſoli Deo commendatum velle. Quibus ita geſtis ipſa diei converſionis Divi Pauli prima luce, qua die mori ſemper in votis habuerat, ſanctam Deo Creatori animam reddidit, octava nimirum Kalend. Februarii, Indictione prima, ſeptuageſimo ætatis anno, Regni vero *Henrici* Imperatoris decimo, ut accurate notavit familiaris ejus atque æqualis *Everhelmus*.

In

In necrologio S. Maximini ſic legitur: VIII. Kalend. Febr. *Poppo* Abbas noſtræ Congregationis, qui duas coronas valde pretioſas huic Eccleſiæ fieri juſſit. *)

*) Annum emortualem deſignat plumbea tabula ex ejus tumba priori ſæculo extracta hoc tenore: Anno ab incarnatione Domini MXLVIIII. obiit Poppo Abbas VIII. Kal. Febr. Sed obſervat Alex. Wilthemius coævorum monumentorum fide probari, Popponem anno 1048. terrena liquiſſe, ita ut verendum ſit, ne ſculptores tabulæ unitatem ſupra octonarium oſcitanter adjecerint.

ARNOLDUS.

Vocatur ſubin *Arnulfus*. A prima is infantia in Laurisheimenſi monaſterio Spiritualibus rudimentis imbutus, bonæ ſpei juvenis in virilis animi robur evaſit, ac per omnes dignitatum gradus ſenſim aſcendens, plantatus in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri floruit. Nam primum a Præpoſituræ miniſterio Weiſſenburgenſis Eccleſiæ regimini prælatus, poſtea Limburgenſis monaſterii curam, ac ſubinde novæ Corbejæ dignitatem loco pariter & officio Abbatis ſortitus eſt. Nec multo poſt in Laures-

Laureshamenſi monaſterio filius a matre in Dominum & Patrem ſublimatur; & ad extremum in Spirenſi Eccleſia Pontificale culmen aſcendens ſicut Cedrus Libani multiplicatur, nimirum a tot dignitatum titulis non tantum accipiens honorem præmii, quantum ille decoris addens ſui. *Sic Chronicon antiquum Laureſheimenſe.*

Ad ſuperos abiit Anno Chriſtianorum MLVI. XVII. Kalend. Apr. Spiræ apud S. Guidonem ſepultus ad latus ſummi altaris dextrum, ſub tali epitaphio:

Plenus virtutum jacet hic & plenus honorum,
  Arnulphus præſul, qui fuit Abba ſimul.
Spiram, Corvejam, Weiſſenburg atque Loriſſam
  Et Limpurg una rexerat ille loca.
Moribus & verbis tam digne præfuit illis,
  Ut vis ingenii par erat huic oneri.
Sexta luce liber quod erat prius exuit eſſe
  Ens, cui non metæ, ſit ſibi quisque pete.

Eiſengrein, Lehmann, Simonis & alia Chronica ad an. MCXXIII. &c., quin rem examinaverint, Arnulphum II. nominant, qui habuerit tot Abbatias cum Præſulatu Spirenſi; ſed egregie falluntur, cum ſeries Abbatum Weiſſenburgenſium cum Lauriſheimenſi concordet

det

Digitized by Google

det. Vid. Schannat vindem. litter. Tom. I. pag. 9. ſq. & ad annum paulo ante memoratum neque in elenchis Abbatum Corbejenſium, nec Laurisheimenſium, aut Weiſſenburgenſium aliquis Arnulfus occurrat.

EINHARDUS.

Ab anno MLVI. Abbatiæ Limburgenſi præfectus, An. MLX. Cathedram Epiſcopalem apud Nemetes obtinuit.

III. Kal. Sept. Anno MLXV. *Henricus IV.* Rex litteris *Goslariæ* datis Abbatiam *Limburg* cum villis *Plintheim* & *Walahſtede* tradidit. *Vid. ſubſid.* Diplom. *T. IV.* p. 322. Hinc teſte Chronico *Einhardus* theſaurum ac ſupellectilem ſacram *Limburgo* aufferre æquum reputavit, ut propriam ſuam ac alias Eccleſias hoc modo excoleret; verum morte præventus An. MLXVII. die XXIII. Februarii curam hanc ſuis ſucceſſoribus reliquit. *Vid. nova ſubſid. Diplom. T. I. pag.* 124. In Catalogo Abbatum Limburgenſium, quem monachus apud Bernard loc. cit. comportavit, nominantur *Bernhelmus* — *Heinricus I.* — *Conradus I.* — *Volmarus I.*, quin tamen addatur annus aditæ dignitatis, aut emortualis.

ER-

ERCHENBERTUS.

Trithemius Chron. Hirsaug. Tom, I. pag. 280. memorat ad an. MLXXXV. Ad Monaſterium ſanctæ Crucis in Lympurg Spirenſis Diœceſis (quod Conradus olim Imperator ſecundus fundavit anno Monaſterio S. Aurelii vacante 32.) datus eſt ex Hirsaugienſi Conventu Abbas nomine *Erchenbertus*, tempore *Gebhardi* Abbatis, qui S. Wilhelmo immediate ſucceſſerat. Iſte *Erchenbertus* Abbas ad Monachatum ſuſcepit *Rupertum* virum doctum, & poſtea Lympurgenſem Abbatem, de quo inferius plura.

BRUNO.

Chronica Spirenſia & Simonis p. 62 erroneè dicunt, *Brunonem* e Comitum Wirtembergiæ proſapia ortum, cum certo conſtet, eundem fuiſſe fratrem *Adelberti I.* Archepiſcopi Moguntini e Comitibus de Saarbrück. Vid. Joannis Rer. Mogunt. T. II. pag, 464. ubi dicti Adelberti diploma ſubſcripſit Teſtis — *Dominus Bruno, frater noſter, Spirenſis Epiſcopus* .... Datum ſic exprimitur: Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis MCXXIIII. regnante Heinrico

Im-

Imperatore Auguſto hujus nominis V. *Confer. Crollius orig. Bipont. p.* 184. Bruno, poſtquam aliquamdiu Majoris Cuſtodis officio in Eccleſia Spirenſi functus fuiſſet, in vicinum Limpurgenſe Cœnobium ſeceſſit ac in eodem Abbatiales honores retulit: poſtulatus dein An. M.C.X. ex voluntate Henrici V. Regis in Epiſcopum Spirenſem. Obiit Anno MCXXIV. Sepultus in monaſterio Limpurgenſi ante gradus preſbyterii. Corpus ejus; ut ait Trithemius, noſtris diebus exhumatum, & pene integrum vidimus, annulo aureo cavato & pontificalibus ornamentis circumamictum.

STEPHANUS.

Legitur in Charta Brunonis, qui ſe an. MCXVI. liberalem in Limburgenſe Cœnobium exhibuit: ait ibi: Ego Bruno.. Spirenſis Epiſcopus, proprietatem, quam ego abſqne contradictione habui in Eccleſia ſcilicet Fridolvesheim *), una cum donativo jure, quod Theutonizatu intelligitur Satzunge, ſanctæ Lintburgenſi Eccleſiæ pro remedio animæ meæ tradidi.... Sciendum eſt etiam, quod hanc ipſam Eccleſiam quædam matrona, nomine Richenzza, proprio jure mihi

mihi tradidit & donativum jus, quod in legitimum beneficium quidam miles nomine Diemo acceperat, ut Limpurgenſi Eccleſiæ traderem, benignus etiam conceſſit.... Facta eſt autem hæc traditio... Anno MCXVI. Regnante Henrico IV. Rom. Imp. *Stephano Abbate*..... Actum eſt Limpurch feliciter.

*) Villa tribus horis a Neoſtadio ſita ſub ſede Böhl.

RUPERTUS.

De eo jam ſupra in Erchenberto. Hic ſua tempora ſcriptis & morum integritate reddidit clariora, qui regularis vitæ obſervantiam cupiens reformare, ad quod ſe divinis compulſum revelationibus aſſerebat, tanta diſtrictione, jejunio & abſtinentia vitam traduxit, ut quibusdam ex monachis ſuis importabile jugum inſtitutionis illius videretur. Nam omni tempore oleribus & pulmentis frumentariis ad eſum contentus, non ſolum a carnibus, ſicut Regula præcipit, penitus abſtinebat, ſed etiam ab ovis, a lacticiniis, piſcibusque & omni, quod vixit, aut vivere potuiſſet, firmiſſima ſemper & usque ad mortem abſtinuit Conſtantia. Hunc vivendi mo-

dum Arnoldus Spirenſis Eccleſiæ ſupradictus Epiſcopus ad inſtantiam quorumdam monachorum, quibus importabilis videbatur, ſuperſtitioſum arbitrans, Rupertum ad ſe citavit Abbatem; quo in civitate Neometenſi cum fratribus ſibi in ea novitate conſentientibus ad terminum comparente, Præſul Arnoldus Prælatos & complures viros doctos in unum convocans atque ad examen Abbatis procedens talibus eum verbis alloquitur: Cujus vel auctoritate, vel licentia confiſus o Abba in noſtra Diœceſi & ſub noſtra poteſtate conſtitutus monaſticæ converſationi Regulam a SS. Patribus diſcreta moderatione conſcriptam & tam ab ipſis quam ab eorum venerandis ſucceſſoribus per tot annos laudabiliter obſervatam nova quadam ſuperſtitione audeas immutare; earum rerum uſum Monachis interdicens, quem & Regula permittit & nullus unquam Sanctorum prohibuit. Neque enim te in majorem & ſanctiorem exiſtimare debebis S. Legislatore Monachorum Benedicto, qui monachis interdicto carnium eſu, vinum, piſces, ova & lacticinia minime prohibuit?

Ad

Ad hæc *Rupertus* Abbas tale fertur Epiſcopo dediſſe reſponſum: Auctoritate Omnipotentis ac totius Curiæ Cœleſtis hunc vivendi modum aſſumpſi, ſciens vini & exquiſitorum comeſtibilium uſum monachis eſſe pernitioſum; quos maxime convenit a cunctis abſtinere delitiis. Si tibi modus iſte meus aut novus aut ſuperſtitioſus: quid dicturus es de SS. monachis, quos in eremo & cœnobiis quondam pane cum ſale & aqua contentos tantopere commendat & veneratur Eccleſia? Abſtinentiam noſtram pro peccatis noſtris divino Imperio voluntarie aſſumptam temere magis, quam ſapienter novam & ſuperſtitioſam appellas: quæ & divinis ſcripturis eſt conſona & ſanctorum exemplis confirmata. Tu vero, ſi Pontifex es fidelis, ſi bonus paſtor animarum, ſi denique cultor fidei Chriſtianæ & Dei verus amator, ſubditorum tuorum parſimoniam voluntarie atque Deo Imperante pro ejus amore ſuſceptam nobis indignis Chriſti ſervulis prohibere vel interdicere minime debuiſti, ſed cohortari magis, ut in ea perpetuo maneamus. Videris mihi livore ſeductus carnalium monachorum, qui cum nihil eorum ſapiant, quæ Dei ſunt,

 in

Digitized by Google

in ſuis voluptatibus putruerunt. Quid
enim refert, quo nutriatur cibo brevi
moriturum corpus, modo ad ſerviendum
Deo neceſſariis non deſtituatur viribus?
verum, ut ſcholaſticorum brevitate ne-
gotium omne abſolvam, iſte vivendi mo-
dus, quem Domino præcipiente ſuſce-
pimus continuandum, aut bonus eſt, aut
malus: ſi bonus, certe non erit prohi-
bendus, præſertim, cum nulli præcipia-
tur invito, nec ſit importabilis, aut diffi-
cilis eum ſpontanea voluntate ſuſcipi-
entibus. Sin vero malus exiſtimatur ju-
dicandns, cur in S. Joanne Baptiſta com-
mendatur, qui radicibus & herbarum fo-
liis victitabat; aut quare laudatur in Da-
niele Captivo & Sociis ejus, qui ſpretis
cibis regalibus, leguminum eſu veſce-
bantur? Si malus inquam & reprehen-
ſibilis eſt modus iſte vivendi, quare ſan-
cta Mater Eccleſia diſtrictiorem SS. An-
tonii, Pauli, Macharii, Arſenii, Moyſi,
Pamponii, Onuphrii, aliorumque pene
innumerabilium abſtinentiam Patrum
& veneratur & laudat? An vitam S.
Martini Turonenſis Archiepiſcopi &
Monachorum ſub ejus magiſterio in cœ-
nobio ſanctiſſime converſantium ſuper-
ſtitioſam dicturus es, propterea quod
ma-

majorem & diſtrictiorem nobis abſtinentiam tenuerunt? Memento precor te Præſulem e Monacho factum & noli bonum in nobis reprehendere, in quo nos tuo exemplo, ut bonus paſtor oves debueras confirmare? Quod ſi nobis hunc vivendi modum omnino interdicere volueris, nos Deo totis viribus obedire magis curabimus, quam hominibus. — His dictis ſiluit.

Epiſcopus autem prudentis hominis argumentatione paulisper confuſus erubuit & animi Commotione diſſimulata Ruperto iterum dixit: Pro hac tua novitate divinum allegas imperium, ſed neſcientibus nobis veritatis nullum exhibes documentum. Si Dominus Deus præcipit hunc vivendi ritum, neceſſe fuerit, ut oſtendas nobis commiſſionis tuæ mandatum. Mox Abbas de ſinu extraxit libellum revelationum ſuarum ordinem & ſeriem continentem, in quo & multa & varia ſuſceptæ abſtinentiæ præconia habebantur. Lecto autem coram omnibus publice libello, viri Deum timentes fidem dictis adhibuerunt, qui vero ſecundum carnem ſapiebant, tanquam inſanæ mentis hominem deſpexerunt. Quorum conſilio depravatus

Epiſcopus dixit ad Abbatem — Contra voluntatem Dei nihil intendimus ordinare, ſed tuis fidem adhibere conſcriptis revelationibus non probatis certe nec poſſumus, nec debemus dicente Apoſtolo: Nolite omni Spiritui credere, ſed probate Spiritus, ſi ex Deo ſint. Tu ergo quale das ſignum, ut revelationibus credere debeamus? — Cui Abbas reſpondit — Non ſum propheta, ut in conſpectu tuo reſuſcitem mortuos, aut ignem faciam deſcendere de cœlo; ſed miſſus ſum a Deo Patre & filio & ſpiritu ſancto, ut dicta juramento confirmem, ſi tibi hoc videtur aſſumendum. Sin autem juramento ſtandum non cenſes, paratus ſum, quale præceperis ſubire judicium — Conſilio igitur ſuorum habito Præſul Arnoldus Abbati confirmationem revelationum ſuarum ſub juramento & Dominici corporis & ſanguinis perceptione terribili comminatione indixit. Confirmatione peracta Rupertus Abbas ad Monaſterium ſuum remittitur & abſtinentiam cum ſibi adhærentibus monachis, quam inchoaverat, continuavit. Verum Arnoldus Epiſcopus revelationibus Ruperti non ſolum non credidit, ſed etiam quomodo ſe vindicaret

caret in eum, cogitavit. Nam etſi ex monachis quidam ſenſerunt cum Ruperto, major tamen pars conſtitutionibus ejus vixit contraria. Tandem Abbas Rupertus per Spirenſem Epiſcopum de Lympurgenſi monaſterio expellitur & in Haſſiam apud Breitenaw relegatur. Præfuit eo tempore in monaſterio Breitenaw Henricus ex monacho Hirſaugienſi poſt Trutwinum Abbas, vir doctus & ſanctus, cui ſcripſerat Neometenſis Epiſcopus, rogans, quatenus Rupertum aliquamdiu ſecum detineret in ſuo conventu, eumque a præſumpta novitate revocaret. Sed illo in ſua obſervantia perſeverante & nihil, quod vixit aut vivere potuiſſet, ut ſunt ova, nec quicquam aliud præter legumina manducante; cum S. Henricus eum ad communia minime revocare potuiſſet, litteras Epiſcopo ſcripſit de ſingulis cum eo actis, petens eum ad Lympurg revocari, ne fratres in Breitenaw ejus ſingularitate inficerentur. — Iſte Rupertus, antequam fieret monachus multis annis in Gymnaſio Pariſienſi Philoſophiæ ſeculari operam dedit & Philoſophus nobilis evaſit. Scripſit non contemnendæ lectionis opuſcula: In Cantica Canticorum. lib. 4. De

d 4 con-

contemptu mundi. lib. 2. De S. Joanne Baptiſta. lib. 1. Revelationum ſuarum. lib. 1. Quosdam ſermones de Sanctis &c. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis. pag. 272. & in Chron. Hirſaug. Tom. I. pag. 380. ſq.

An. MCXXX. conſecrata eſt capella choro contigua in honorem Beatæ Virginis a *Sigefrido* Epiſcopo Spirenſi.

An. MCXXXIV. *Otto* miles cum *Adelinde* conjuge ſua in *Fridolvesheim* principalem curtem ſuam cum tribus manſis Lintburgenſi Eccleſiæ in proprium libere & abſolute contradidit. Appellamus curtem illam idcirco principalem, quia maxima pars banni memoratæ villæ cum omnibus appendiciis ſuis: id eſt pratis, paſcuis, viis, inviis, exitibus & reditibus aliisque quam plurimis utilitatibus ſeu commoditatibus, quas ſcripto commendare longum eſt, ad ejus dominium pertinet. Præter hæc commemorata tradidit & alias tres hubas ac dimidiam eo videlicet rationis diſcrimine, ut haeredes illi, quibus ipſe has poſſidendas dilectionis fœdere diſpoſuit, annuatim quinque ſolidos huic Eccleſiæ offerant.. Facta eſt autem hæc traditio in ſancta

Lint-

Lintburgenſi Eccleſia ad principale altare Anno ... MCXXXIV. ... ſubnotatus eſt Rubertus Abbas cum fratribus ſuis ... n. II.

RUPERTUS.

Guntherus Epiſcopus Spirenſis indolens ſuper deſtructione & deſolacione Numburgenſis Præpoſituræ *) ... quod diſtractis Eccleſiæ poſſeſſionibus & attenuatis undique tam interius quam exterius eccleſiaſticis rebus nullum Dei ſervitium per multa tempora inibi celebratum ſit, neque aliqua reverencia Deo & ſanctis ejus debita exhibita ſit, habito conſilio totius cleri et populi ſuprafatam Præpoſituram cum ſuis appendicijs Limpurgenſi monaſterio in proprium contradidit .... Hæc traditio facta eſt in ſancta Spirenſi Eccleſia Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XLVIII. ... Rubberto Abbate exiſtente & deſignatam Præpoſituram ab Epiſcopali manu ſuſcipiente. n. III.

*) Præpoſitura *Nuenburg* in *Wetereiba* An. M. LXXXVI. ab *Henrico III.* Imp. *Huozmanno* Spirenſi Epiſcopo in perpetuum cum omni utilitate tradita eſt.

An. MCL. *Henricus* Archiep. Mog. traditionem præpoſituræ Nuvinburgenſis deſolatæ a *Günthero* Spirenſi Epiſcopo qua fundi Domino Limburgenſi Eccleſiæ anno priori factam ſalvo per omnia jure Metropolitani confirmat . . . *Rubberto* Abbate Limburgenſi exigente & Confirmationis Cartam ſuſcipiente n. IV.

HENRICUS.

Guntherus Spirenſis Fpiſcopus gloriam & honorem Divinum amplificare & corroborare deſiderans publice proteſtatur, qualiter nobilem Limpurgenſem Eccleſiam magnifice fundatam, reverendæ converſationis profeſſione condecoratam tam pro ſe, tam pro Abbate *Heinrico* deſtinaverit manutenere tam in ratihabitione eorum, quæ ei ab anteceſſoribus Eccleſiæ Spirenſis ſunt collata, quam in alijs donationibus. Ea propter inveſtituram parochiæ in villa Fridolvesheim a prædeceſſoribus Limpurgenſi Eccleſiæ collatam ratificat, præterea, bona in eadem villa ſita, quæ Otto, & uxor ſua Edelindis Limpurgenſi Eccleſiæ contulere, ſed frater ejusdem uxoris nomine Kunradus miniſterialis

rialis itidem eadem jure haereditario ad ſuarum rerum poſſeſſionem aſſeruit pertinere; Güntherus Epiſcopus ſua pecunia a litis conteſtatione & controverſia utile duxit redimere .... Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis M. C. LIII. Indictione I. regnante Rege Friderico. n. V. *vid. nova ſubſid. Dipl. Tom. I. p.* 142.

CONRADUS.

An. MCLXVI. *Godefridus* Spirenſis Epiſcopus Abbati Limpurgenſi communicat conſtitutiones circa Magiſtram & ſorores in Sebach rite obſervandas, Earundem privilegia Patrum Orthodoxorum auctoritate ſubnixa præſertim ab Epiſcopis Eccleſiæ ſpirenſis conceſſa decernit rata et inconvulſa ſemper obſervari; eis indulgetur jus ſepulturæ & libera Magiſtræ electio, atque electæ Abbati Limpurgenſi præſentatæ per manum ejus ſine contradictione cura regiminis committatur; Diſſentientes in electione Abbas componat aut effectu non ſecuto, ad Epiſcopum deferat componendas. Clauſura firmiter teneatur &c. Scripta eſt hæc pagina per conſenſum *Conradi* Lintburgenſis electi cum conniven

niven

niventia Fratrum. *vid. Subſ. Dipl. T. IV. p. 335. ſq.*

In chartâ Anno MCLXXVI. ſignata *Ratbodo* Spirenſis Eccleſiæ Electus meminit, qualiter beatæ memoriæ Henricus Limburgenſis Abbas prædium quoddam in Fridolvesheim a Domna Ida Cometiſſa de Maddenberg centum XXX libris argenti ſuo monaſterio comparavit; ſed quia jure gentium abſque filiorum præſentia vel aſſenſu hujusmodi venditio rata ac ſtabilis eſſe non potuit, filius prædictæ Cometiſſæ Hermannus Spirenſis Eccleſiæ Canonicus, quod a matre, eo inconſulto venditum fuerat, ad ſe aſſerebat pertinere, cœpitque, eo quod injuſte haereditario jure privaretur, Abbatem frequentius pulſare. Eapropter Kunradus Limburgenſis Eccleſiæ electus præfatum prædium pecunia a litis conteſtatione & controverſia utile duxit redimere & Hermannum, quam videbatur habere jurisdictionem, datis XIV marcis tali Conventione fecit deponere. Utriuſque Abbatis factum Epiſcopus comprobavit. n. VI.

UDAL-

UDALRICUS.

Conradus Moguntinenſis Archi Epiſcopus Anno electionis ſuæ in Moguntino Archi Epiſcopatu XXXV. Exilii XXXIII. Reverſionis XIV. Incarnationis Dominicæ MCXCVI. Udalrico Abbati de Limpurg uſum mitræ indulſit in ſummis ſolemnitatibus & ubi ſui compares conveniunt. n. VII.

Eodem anno inter teſtes legitur, cum *Udalricus de Quirnbach* Canonicus Majoris Eccleſiæ Spirenſis anniverſaria inſtituiſſet. Subſid. Dipl. T. IX. pag. 164.

An. MCCVI. *Philippus* Romanorum Rex monaſterio Limpurgenſi conceſſit protectorium. n. VIII.

An. MCCXXII. Monaſterium *Hauſen* Ord. S. Benedicti prope Abbatiam Lympurg a tramite regularis diſciplinæ receſſit; moniales vitam vivere minus ordinatam, nec minus in temporalibus bonis huic vitæ neceſſarijs, quam in ſpirituali converſatione deficere uſque adeo, quod inopiam ſuam medijs haud licitis relevare cogerentur, audiens *Conradus* Spirenſis Epiſcopus, de conſenſu

ſenſu Sifridi Archiepiſcopi Moguntini ſtatuit, ut nulla deinceps in eodem loco ſuſciperetur ad Ordinem, ſed permitterentur omnes reſiduæ per mortem extingui cum tempore. Quibus vita defunctis Cœnobium illud Abbatiæ Lympurgenſi memoratæ eſſet perpetuo unitum & incorporatum cum univerſis proventibus ſuis, ita, ut Abbas curare Divina per monachos ibidem ſtudeat. *Trithem. Chron. Hirſaug. T. I.* p. 532.

An. MCCXXX. *Fridericus* Comes de Leiningen recognoſcit, quod Caſtrum Hartenburg in fundo Eccleſiæ Limpurgenſis ſit extructum & promittit damnum illatum ſe recompenſaturum, quod eodem anno præſtitit. n. IX. & X.

An. MCCXXXI. *Udalricus* Abbas & Conventus Limpurgeuſis Eccleſiæ Majori Moguntinenſi in perpetuum tradidere Eccleſiam parochialem in *Heldenberg*, n, XI. *Confer. de Gudenus T. II.* p. 801. Acceſſit conſenſus Conradi Spirenſis Epiſcopi anno MCCXXXIII. VIII. Kalend. Aprilis Confirmatio Sifridi Archiep. Mog. In dato conſenſu Archidiaconi Arnoldi an. MCCXXXIV. denuo legitur *Ulricus* Abbas. *Vid. Diœceſ. Mog.*

Digitized by Google

Mog. in Archid. diſtincta Tom. III. p. 151. *ſq.*

Idem Abbas *Ulricus* An. MCCXXXV. Arbuſta quædam cum agro ſita .... conceſſit Domui de S. Anthonio in *Roſsdorf* perpetuo poſſidenda, de quibus annuatim perſolvant monaſterio Limpurgenſi XVIII denarios Colon. in feſto Decollationis Johannis. *Bernard l.* c. p. 24. *).

*) An. Dom. MCCXL. circa Purificationem Ste Marie *Ulricus* Abbas ad petitionem *Ruperti* militis de Karben Burggravij Domini Imperatoris *Fridbergæ* duas hubas & dimidiam in *Akarben* ſitas eidem & conjugi & heredibus ſuis jure proprietatis in perpetuum donavit poſſidendas. *De Guden. Tom. II.* pag. 78.

RUPERTUS.

Anno MCCXLIII. VIII. Idus Maji *Rupertus* Abbas totusque Conventus Monaſterij Limpurgenſis recognoſcunt litteris, quod Univerſitas villæ Rœthersheim jus habeat iu ſylva monaſterii ligna ſecandi & quod eadem Univerſitas libera ſit a jure quod Hofrecht dicitur. *Subſid. Dipl. Tom. V.* p. 290.

An.

An. MCCXL. quarto, pridie nonas Auguſti *Robertus* Abbas & Conventus Limburgenſis litteris Limburgi datis notum fecere, quod ad exemplar Domini *Ulrici* Abbatis Limburgenſis (vid. annus 1235.) arbuſta quædam .... Conceſſerint Domui S. Anthonij in Roſsdorf & fratribus ibidem Domino ſervientibus perpetuo poſſidenda. *Bernard loc. cit.* pag. 25. An. 1257. impetravit a *Richardo* Rom. Rege protectorium. n. XII.

VOLMARUS.

Occurrit Limpurgenſis Abbas in litteris cum Otterburgenſibus Anno MCCLXXI. Is quoque Comiti Friderico de Leiningen ceſſit montem, cui caſtrum *Hartenburg* fuit impoſitum. Confer. An. 1230. litteræ tunc datæ ſunt & ſigillatæ a Friderico, non ab Abbate. n. X.

MARQUARDUS,

An. MCCLXX quarto, in die Felicis & Adaucti Martirum Marquardus Abbas de Limpurg inveſtivit de tribus jugeribus vinearum in Wachenheim Abbatem Uterinæ Vallis, ut ipſe & ſucceſſo-

ceſſores omni anno dimidium maldrum ſiliginis in Wachenheim perſolvant. n. XIII.

STEPHANUS.

Legitur in litteris monaſterij ſanctimonialium in *Schönfeld* Abbatiæ Limpurgenſi olim ſubjecti — Ego Petriſſa (litterarum tenor eſt) dicta de Hartenberch cupio fore notum, quod ob remedium animæ meæ nec non parentum meorum, videlicet Petriſſæ, Harlibi, Ortwicæ & Margarethæ curiam meam ſitam in Durinckheim . . . poſt obitum meum legavi monialibus in Schönewelt . . . Nos Stephanus Abbas Conventus in Limpurg rogatus a Petriſſa ſigillum huic litteræ decrevi apponendum. Actum Anno MCCXCI. præſentibus Friderico de Mechenheim milite, Jacobo dicto Rufen de Kaleſtat.

Eodem anno *Nicolaus* IV. PP. per bullam anno Pontificatus ſui IV. incorporavit Cœnobio Limburgenſi parochiam in *Wydenthal* *).

*) *Weidenthale* in ſede *Böhl.* diſtat Neoſtadio ad Hartam quatuor horis. *vid. ſubſid. Dipl. Tom. X.* p. 313.

IOANNES.

Dignitatem Abbatialem adiit an. MCCXCVIII. Friderico Seniori Comiti de Leiningen an. MCCCIV. in feodum conceſſit caſtrum *Franckenſtein* & in litteris anteceſſorem ſuum *Stephanum* nominat. n. XIV.

DITZO.

Hunc Abbatem innuunt litteræ judicum Curiæ Spirenſis ſuper emptione venditione curiæ in Fridelsheim a venditoribus illis de Mechenheim erga Abbatiam Limpurgenſem anno MCCCXXXVII. Sabbatho poſt Circumciſionem. n. XV.

THEODERICUS.

Vaſallo concedit facultatem decimas in *Keuchen* vendendi Præpoſituræ Nuenburgenſi. Anno MCCCXLIV. Anno mox ſubſequenti inſtituit præbendam ſacerdotalem in monte Limpurgenſi ſuper altari ſancti Egidij confeſſoris in curia Abbatiæ ſito perpetuo deſerviendam. *vid. Subſid. Dipl. Tom. IX.* p. 251. Reſignavit Abbatiam. *vid. Bernard l. c. p. in Catalogo Abbatum.*

HEN-

HENRICUS.

Præbendas monachales Præpoſituræ Numburgenſis impinguat & anno MCCCLXVII. *Henricum de Waſin* Abbariæ Limburgenſis vaſallum conſtituit, eundemque *Henricum* refert Senckenberg *Select. juris publ. ethiſt. Tom. II.* pag. 39 & 41.

PETRUS.

De wachenheim in Charta anni MCCCLXXXIII. Limburgenſis Abbas memoratur.

HENRICUS.

De Lewenſtein Comiti de Leiningen in feudum concedit Advocatiam in Dürckheim & ſcaturigines quasdam ſalinarias an. MCCCLXXXVII. in die Aſcenſionis Domini.

PETRUS.

An. MCCCXC. Siſtitur, qui anno MCCCCII. in craſtino beati Mathiæ Apoſtoli cum *Joanne* Archi-Epiſcopo Moguntino circa parochias *Soltzbach* & *Bruchkebel* in Wetteravia in Archidiaconatu Præpoſiti B. M. V. ad Gradus Moguntiæ ſitas, a *Bonifacio* PP. IX. obtentas convenit ratione dandorum

ſubſidiorum, procurationum, jurium Epiſcopalium, ſynodalium, fructuum biennalium &c. n. XVI. & an. MCCCCIV. feria quarta ante Thomæ Apoſtoli pactum iniit cum Comite *Emichone de Leiningen.*

JOANNES.

Bock ab Erpſſenſtein an. MCCCCXI. præfuit Abbas. Novas præſcripſit Naumburgenſibus conſtitutiones & anno MCCCCXVI. Rem judiciariam Oppidi *Dürckheim* in ordinem redegit meliorem.

NICOLAUS.

Rinck de Ymsheim. De Guden. T. II. p. 357. notat, quod Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ Aſchaffenburgenſis Proventibus ſuis amplificandis intentum comparavit an. MCCCCXXXVI. decimas bis mille florenorum pretio æſtimatas in *Carben* a *Caſparo* Præpoſito & Conventu Numburgenſi Ord. S. Benedicti; conſenſum dante Archiepiſcopo *Theoderico*, nec non *Nicolao Rinck de Ymsheim*, monaſterii Limburgenſis Abbate, qui etiam an. MCCCCXXXVIII. Comiti *Heſſoni de Leiningen* partem Oppidi *Dürckheim* in Feudum conceſſit.

Hel-

HELFRICUS.

In Catalogo Abbatum Limburgenſium a Monacho Naumburgenſi conſcripto annotatus reperitur an. MCCCCXXXIX.

HEINRICUS.

Ulner de Dieburg. Sub eo monaſterium Schönfelt prope *Dürckheim* Abbatiæ Limpurgenſi incorporatum. an. MCCCCXLVII. Oppidum *Dürckheim* Comiti *Heſſoni de Leiningen* conceſſum eſt in feodum. An. MCCCCXLII. Caſtrum *Fridelsheim* a *Friderico* Comite Palatino ad Rhenum pro mille ducentis florenis coëmit. Litteras venditionis & quittanciam ſolutæ ſummæ modo memoratæ dabimus infra. n. XVII. XVIII. Inter vivos *Henricum* adhuc fuiſſe an. MCCCCLXXVI. ait Humbracht höchſte Zierde Deutſchlands Tab. 162. an. MCCCCLXX. cum *Fridericus* Comes Palatinus munitiſſimum caſtrum *Ruprechtseck* occupaſſet, armati quidam raptores, quos *Ludovicus* Niger Bavariæ Dux in oppido *Wachenheim* contra Palatinum poſuerat, in vigilia Aſſumptionis B. M. V. eruptione facta Monaſterium Limburg turmatim intrarunt & perfractis januis omnibus,

præter libros & Sanctorum reliquias, ſpoliantes in oppidum reverſi ſunt. *Trithem. Chron. Hirſaug. T. II.* p. 473. ultimus fuit ante Reformationem Abbas. Suo ceſſit officio curæ paſtoralis, quia pro manutentione regularis diſciplinæ non fuit idoneus. Alios enim docere bonum non potuit, quod ipſe neſciens nunquam operatus fuit; mente namque in veteri nova cogitare difficile eſt. *Trithem. l. c.* p. 684.

An. MCCCCLXXX. lis inter Abbatiam Limpurgenſem & Dürckheimenſes ob quædam nemora aliosque fundos exorta amice compoſita eſt. n. XIX. Henrico reſignanti ſucceſſit.

BONIFACIUS.

Patria Geldrenſis in Oppido *Venlo* natus Cœnobij S. Jacobi in monte Specioſo Moguntiæ monachus, vir prudens & bonæ converſationis. Poſt viſitationem a *Ludovico* Spirenſi Epiſcopo peractam, viſum eſt ſalubre & perneceſſarium, ut Limburgenſe monaſterium quoad mores regulares valde collapſum & rem oeconomicam vix non deſtructam ſine mora reformaretur. Coadjuvante

Digitized by Google

vante igitur *Bonifacio* Abbate per *Hermannum Pruſs* S. Jacobi prope Moguntiam & *Joannem de Colenhauſen* S. Martini in Spanheim, *Bernardum* quoque in Hirſaugia monaſteriorum ejusdem Ordinis memorandos Abbates introducta ibi fuit diſciplina Congregationis Bursfeldenſis. Monachis quibusdam reformationi ſeſe ſubmittere renuentibus aliorſum cum annua penſione dimiſſis. n. XX & XXI. *Bonifacio*, qui annis præfuit ferme duobus, peſte ſublato X. Kal. Novembris ſucceſſit.

ANSELMUS.

Ulner de Diepurg, qui primo dignitatis ſuæ Abbatialis anno, cum *Joannes Trithemius* Spanheimenſis electus Moguntiæ in Monte ſpecioſo munus benedictionis a Bertholdo Pariadenſi Epiſcopo Alberti Adminiſtratoris Moguntini Vicario acciperet, cum *Hermanno* S. Jacobi Abbate aſſiſtens fuit. *Anſelmi* mentio ſit in contractu cum Abbatia S. Jacobi hoc an. MCCCCLXXXIII. inito. Quantum ad ſuam perſonam erat vir optimus, ſimplex, devotus & rectus, ſed penitus idiota, lingua balbutiens & neque in temporalibus, neque

in ſpiritualibus ad regimen idoneus, poſt annos undecin ſponte Abbatiam & libera voluntate reſignavit. dein

MACARIUS.

E nobili gente *Weiſs de Faurbach*, me præſente (*ait Trithemius l.c.* p. 648.) cum aliis duobus Moguntino Hermanno & Schönaugienſi Melchiore Abbatibus vocatis in Abbatem loci fuit electus. An. MCCCCXCVIII. Conventio inter Abbatem & Conventum Limpurgenſem atque Comitem Emichonem de Leiningen celebrata fuit. n. XXII. An, MDIV. Philippus Comes Palati. in monaſterium locavit præſidium 400. armatorum contra Emichonem paulo ante memoratum, qui dudum Landgravio confœderatus adverſus Principem animos geſſit hoſtiles. Erat nihilo minus inter Macarium Abbatem & dictum Comitem vaſallum ejus juratum graviſſima quædam diſſenſio pro quibusdam in Dürkheim jurisdictionibus & aliis in nemoribus & aquarum decurſibus bonis temporalibus, quæ cauſam præſtitiſſe videbantur, ut præſidio monaſterium contra inſolentiam hoſtis muniretur; quanquam id nec poſtulante, nec volente factum ſit Abbate, qui

Digitized by Google

qui tunc apud Spiram febribus graviter æſtuabat, in Cœnobio exiſtente Conventu cum Priore non ſine inopia victualium, quia carnibus non veſcebantur. XXIII. die menſis Julij præſidium intravit monaſterium & manſit in eo diebus XXXIX. non ſine gravi læſione & jactura utriusque ſtatus monaſtici. Interea præcipiente Macario Abbate, libri, calices, ornamenta Eclesiæ, privilegia & clenodia monaſterij ſucceſſive ad ſpiram ſunt deportata; remanſerant autem plura domus utenſilia, lectiſternia, vaſa coquinæ, tabulæ ſive imagines in Eccleſia & alia ſine certo numero monachorum inſtrumenta, quæ cum F. Gerhardus Baldewini de Oedmersheim tunc loci Prior in ſpiram rransferre diſponeret, Fridericus de Spanheim praeſidij Capitaneus reſtitit, aſſerens, non expedire hanc Monaſterij translationem, propterea quod ruſticis in vicino manentibus cunctis timiditatem ſimul & fugam incuteret. Ceſſit neceſſitati Prior imperanti & contra voluntatem in Monaſterio dimiſit omnia & amiſit. XXIX die menſis Auguſti decollatione S. Joannis Baptiſtae Solemni, Fratres divinum ex more celebrarunt

Officium & in medio armorum. quantum licuit, ſuum canonem Prioris directione cuſtodierunt; erat enim Gerhardus regularis diſciplinae ſtudioſus amator, qui a teneris unguiculis in cœnobio Lacenſi optime inſtitutus, Abbate Macario poſtulante, Simone quoque de Petra in Lacu conſentiente, ac me (Trithemius adhuc loquitur) viſitatore utriusque loci procurante de memorato cœnobio ante quinquennium, translatus in Limhurg, ibique ſecundum Ordinis noſtri conſuetudinem ſub obedientiâ ſtabilitus & Prior conſtitutus, quantum in ipſo fuit, regularis diſciplinae Obſervantiam in ſe & in Fratribus integerrime cuſtodivit. Interea vero, quod praeſidium Comitis Palatini Limburgenſi manebat in monaſterio, incolae villae Dürckheim viri omnes ad vicinum Caſtellum Comitis Emichonis de Leiningen Duroburgum (Hartenburg) nomine nou minus hoſtium metu, quam arcis ipſius defenſandae gratia declinarunt. Hi autem, qui erant in monte Limpurg nomine Comitis Palatini, ne tempus in otio viderentur conſumere, ſœpius excurſione facta hoſtium pecora & quicquid invenire poterant, rapientes

tes abduxerunt, in Dürckheim Oppido maxime rapinas exercentes, Sicque, ut ferunt, incendendi monaſterij cauſam, quemadmodum accuſantur ab aemulis, non minimam dicuntur praeſtitiſſe.

XXIX. die Auguſti circa horam undecimam in nocte Fridericus de Harmsheim Capitaneus Palatini juſſu ipſius Principis amovit de monaſterio Limburgenſi praeſidium ſuum & in alia loca, ut ſibi mandatum fuerat, traduxit. Latuit omnes Fratres praeter Cellerarium Palatinenſium de monte receſſus, attamen eos, qui erant in Duroburgo, latere non potuit, qui ſuos exploratores ubique in nemore & itineribus acutiſſime habebant diſpoſitos. Poſt receſſum praeſidij ſuſcitavit Oeconomus Priorem & Fratres, dixitque omnes a loco diſceſſiſſe cuſtodes & ſicut audivit, aliud eis metuendum fore praedixit. His Prior & fratres recognitis & multis alijs comminationibus hoſtium in proximo commanentium territi, unanimi votatione ſtatuerunt, loco fore cedendum, animas cupientes ſuas a periculo ſalvare potius, quam perire. Convenientes igitur in chorum nocte media omnes Matutinale juxta morem perſolverunt

verunt Officium, deinde unusquisque prout potuit, arrepta ſarcinula ſua, flexiſque in gradibus Preſbyterij genibus orationem itinerantium, ut regula jubet ſanctiſſimi Patris noſtri Benedicti, cum timore dixerunt, valedicenteſque non ſine lachrimis templo circa tertiam poſt medium noctis horam Monaſterio exierunt & conjunctim ad Spiram, ubi tunc Abbas jacebat infirmus, profecti ſunt. Erant autem numero Monachi & Converſi ſedecim, qui non ex levitate reliquere monaſterium, ſed hoſtium metu, quorum furor juramento, ut ferunt, ſe conſtrinxerant, monaſterium cum habitatoribus, ſi qui reperirentur, incenſurum, quod facti crudelitas etiam oſtendit. Igitur penultima die menſis Auguſti, poſt receſſum Palatini præſidii & monachorum de cœnobio diſceſſum ad Spiram, exeuntes mane de Duroburgo Comitis de Liningen Supradicto Caſtello, quod eſt in proximo, ſtratiotæ ſimul & ruſticani Dürckheimenſes non nulli Monaſterium Limpurg armati & pleni furore intrarunt, rapientes & deportantes omnia, quæ invenerunt cum bona mora, nullo penitus reſiſtente. Enim vero multa remanſerant in loco,

Digitized by Google

loco, quæ præ temporis anguſtia Fratres non poterant Spiram deferre, præſertim contra prohibitionem eorum, qui Monaſterium occuparant. Vini enim plauſtra invenerunt 5. aut 6. Frumenta quoque nonnulla. Calicem unum, ornamenta Eccleſiæ, libros non nullos in Bibliotheca dimiſſos, lectiſternia & utenſilia domus, coquinæ ſimul & cellerariæ plura, quæ omnia rapuerunt, Monaſterium incenderunt & domicilia Monachorum cuncta una cum Eccleſia pulcherrima & ampliſſima (vid. Supra ad an. MXXXIV. ſtructuræ delineationem) cremantes igne in cinerem redegerunt. Per duodecim dies & noctes continue duravit incendium, miniſtris impietatis quotidie ſine alicujus hominis prohibitione & metu de Duroburgo excurrentibus, & ne quid remaneret integrum in Eccleſia & monaſterio toto, ignem renovantibus. Tam vehemens incendium exſtitit, quod non tantum omnia ſtructurarum ligna conſumpſit, ſed etiam muros, lapides & ſolidiſſimas columnas pro majori parte deſtruxit. Major etiam turris Eccleſiæ ardoris vehementia in terram corruit, Duæ fuerunt abſides ab utraque parte ſeu latere

tere chori, quibus in modum crucis more veterum conſtabat Eccleſia, in quarum ſiniſtra fuit ſepultura loci Abbatum, in dextera vero Comitum de Liningen, quorum cadavera ſub elevatis a terra lapidibus pauſabant concavatis interius atque muratis; hæc mortuorum ſepulchra temerantes aperuerunt & inter alia corpus Emichonis Comitis, qui pater fuit hujus Emichonis integrum extraxerunt, quod filius poſtea translatum ad Dürckheim in Eccleſia parochiali fecit tumulari &c.

An MDV. Macarius Abbas in conventu Principum Colonienſi coram Maximiliano Rege querelam exuſti Monaſterij Limburgenſis contra Emichonem Comitem de Leiningen detulit, accuſans eum & proclamans ut auctorem incendij ſimul & ſpoliatorem memorati ſui cœnobij. Verum Rex alijs Regni negotijs plurimum occupatus Jacobo Archiepiſcopo Moguntino cauſam per litteras commiſit abſenti, inter alia præcipiens, ut poſt cauſæ cognitionem tentaret inter partes pro concordia; quodſi eas concordare non poſſet, negotium cum actis remitteret. Aſſumpſit Commiſſionem Archi Epiſcopus & partibus cita-

citatis ad inquiſitionem proceſſit. Accuſabat Comitem Abbas ſuper incendio Monaſterij Reum. Negabat comes ſua voluntate aut ſcientia eſſe commiſſum dicens, ſe illo tempore apud Greiffenberg caſtellum laboraſſe febribus & procul a Limburg fuiſſe abſentem. Abbas vero pollicebatur, ſe probaturum, quod miniſtri & famuli Comitis de Caſtello ejus Duroburgo turmatim exierint, Monaſterium intraverint, ſpoliaverint, incenderint, caſtello prædam intulerint atque per dies duodecim quotidie ad montem redierint, & quod non ardebat, iterum bona cum deliberatione igne ſuppoſito concremaverint. Reſpondit Comes, quod nihil eorum, quæ Abbas dixerat, factum ſit de ſuo vel ſcitu vel conſenſu; ſed ſi noverit incendiarios Monaſterij ſui, conveniat illos & jure ad reſtitutionem compellat, quamquam & illos excuſare nitebatur, dicens, quod ſpeluncam incenderint latronum & non monaſterium, utpote in quo Palatinenſes adverſarii & rebelles totius Regni manſionem habuerint, de qua rapinas & incendia pauperum in circuitu fecerint, mulieres & virgines introduxerint, vim eis contra omnem hone-

honeſtatem Chriſtianam intulerint, aliaque plura commiſerint mala, quæ fieri non ſoleant ex cœnobijs monachorum, ſed ex caſtellis & ſpeluncis latronum. Non dubium ſe fore dicebat, ſi monaſterium reperiſſent, ut monaſterium honoraſſent, & nec ſpoliaſſent illud nec incendiſſent. Duravit inter Abbatem & Comitem iſta coram Archipræſule contentio per triennium, quo uſque tandem morte ſublato Abbate Macario Wernherus in Abbatia ſucceſſit, qui cum fuerit homo quietis amator & pacis, actionem cauſæ intermiſit.

Macarius autem poſt incenſum monaſterium cupiens locum habere, in quo manere poſſet cum fratribus ſuis, Eccleſiam parochialem in oppido Wachenheim a Præpoſito & Conventu Lutrenſibus obtinuit, apud quam cœnobium ædificare novum de conſenſu Palatini Comitis animo cogitavit. Manſit ergo cum quatuor monachis apud eandem Eccleſiam in domo presbyteri, cœteris ad diverſa loca hinc inde tranſpoſitis.

Hoc eodem Anno Philippus Elector Palatinus die ſabbati poſt Catharinæ & ſequente anno die ſabbathi ante Dominicam:

nicam: *Eſto michi* ut miſerias Limburgenſium paululum alleviaret, Abbati & Conventualibus tres conceſſit parochias, Fürth nempe in ſylva Odoniana prope Lindenfels & Ergelsheim haud procul a Freinsheim in Diœceſi Wormatienſi ſitas, atque Fendersheim im Gau Diœceſis Moguntinæ; eosque porro ad tempus exemit ab angarijs & albergarijs. n. XXIII. XXIV.

Anno MDIX. decima ſexta die menſis Novembris Obijt ſpiræ Macarius, cujus corpus ad Wachenheim relatum in choro parochialis Eccleſiæ, quam ſibi pro extruendo monaſterio comparaverat, eſt ſepultum. Erat ſane vir ingenio mitis, humilis & manſuetus, vitæ morumque integritate venerabilis & ſingulari obſervantia monaſticæ converſationis devotus, cui patria fuit Wetteravia, locus vero nativus caſtellum, quod vocatur, Faurbach. Hæc Trithemius l. c. p. 648. Macarium in ſerie Abbatiali ſequitur.

WERNHERUS

Breder de Hohenſtein, Præpoſitus Naumburgenſis, ante hac monachus

Digitized by Google

Spanheimenſis. An. MDXV. conventionem inijt circa jus lignandi in nemoribus *Walzenthal* & *Sommerthal* cum Lampsheimenſibus. n. XXV. Anno mox ſequente illi reſtitutum eſt monaſteriolum *Schönfelt.* Feria ſexta poſt Leonardi Abbas & Conventus Limburgenſis *Ludovico* Electori Palatino tradidit Domum, vulgo *Hundt-haus* in *Schiferſtatt* ſitam. n. XXVI. XXVII. XXVIII. Obiit *Wernherus* MDXXXI. Octava Octobris, terræ mandatus Dürckheimij.

APOLLO

De Vilbel Monaſterij S. Petri Apoſtoli in *Ugesberg* monti edito orientem verſus impoſiti, XII. ferme Stadijs a Fuldenſi monaſterio diſſiti Præpoſitus, Vir maturi ingenij. ac magnæ apud omnes exiſtimationis; hinc ad honorum cumulum acceſſit Abbatia Limpurgenſis, cujus vacantes Infulas promeritus eſt An. MDXXXIV. n. XXIX. Cum Comitibus Emichone & Engelhardo frátribus de Leiningen varia puncta amice compoſuit Heidelbergæ in feſto die Sancti Martini. Obijt Fuldæ, ſepultus in Eccleſia montis S. Petri ſub hac Epigraphe: Anno Domini MDXXXVI.

Digitized by Google

XVIII. Auguſti Obijt R. D. Appollo de Vilbel Abbas Limp. & hujus Monaſterii Præpoſitus, cujus anima requieſcat in pace.

SIFRIDUS

de Bergen. Comitibus de Leiningen in feudum dedit *Frankenſtein* & *Dürckheim.* An. M. D. XXXVII. inijt ſuper advocatia Dürckheimenſi aliiſque objectis cum *Emichone* Comite de Leiningen compoſitionem. n. XXX. In reædificando Templo & Monaſterio Limburgenſi ſedulo occupatus erat. In choro legitur hæc inſcriptio:

Conrad 2. Imperator Cœnobium iſtud fundavit anno Domini 1035. Sifridus de Bergen Abbas hoc opus fieri fecit anno Domini 1551. Ut inceptum perge.

MARTINUS

Rebſtock continuavit monaſterij ædificia reſtituere, aquarumque fontes repurgare an. MDLVIII.

JOANNES

de Bingenheim. An. MDLXI. a *Friderico* III. Electore Palatino coactus eſt, Præpoſituram Nuenburgenſem

cum omnibus appertinentijs cedere Comiti *Philippo de Hanau Münzenberg*. Neque Joanni fas erat amplius, ad vitam monachalem aſpirantium quemquam aſſumere, ita ut ſenioribus functis vita cœnobium pedetentim ad finem vergere debuerit. Dictus Elector An. MDLXXI. emnia Monaſterij bona & emolumenta Adminiſtratori laico commiſit colligenda & in Computum recipienda. Sicque fundatio Imperatoris antiqua ſimul ac ſemel deſijt. Abbates Congregationis Bursfeldenſis quidem Anno MDCXLV. Abbatem elegerunt *Joannem Jordans de Tuitio* n. XXXI. An. MDCLXI. Sub protectione Apoſtolica conſtitutum, n. XXXII. ſed incaſſum omnia, cum vigore Pacis Weſtphalicæ coactus loco cedere debuerit. Hoc Monaſterium furente bello Aurelianenſi flammis denuo conſumptum funeſtas nonniſi hodie exhibet ruinas.

Digitized by Google

I.

Fundatio Imperatoriæ Eccleſiæ Lintburgenſis ordinis Sti Benedicti, Diocæſis Spirenſis.

In nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis. *Chuonradus* divina favente clementia Romanorum Imperator auguſtus. Notum ſit omnibus Chriſti noſtrique fidelibus, tam præſentibus quam futuris. Qualiter ego *Chunradus*, una cum *Giſela* Imperatrice, coniuge noſtra, pro remedio animæ noſtræ, ad hoc templum quod ad gloriam & laudem Dei conſtruximus: noſtri iuris prædium *Durincheim*, *Wachinheim*, *Sciferſtat*, *Godertheim*, a) & in pago *Weterewe* in Comitatu *Ottonis* Comitis ſitum *Eichene Sundelingen*, *Fuirbach*, *Sultzbach*, in proprium tradidimus cum omnibus appenditiis ſuis, hoc eſt mancipiis, areis ædificiis, terris cultis & incultis, agris pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus Campis, Silvis, Venationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis nec non cum

f 3 omni

a) Sic ad marginem Copiæ vidimatæ. vide ſupra pag. 35. not. d.

omni utilitate quæ ſcribi aut nominari poteſt, ea videlicet ratione, quatinus abbas hujus loci eadem poteſtate & utilitate qua nos habuimus deinceps libere habeat; & quidquid inde provenerit in uſum Eccleſiæ & fratrum diſponat. Et ut hujus traditionis auctoritas ſtabilis & inconvulſa permaneat, in fidem hanc cartam inde conſcriptam manu propria confirmantes, Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Sed ne quis ſuperventurorum Abbatum plus quam debeat ab Eccleſiæ familia exquirere velit, vel familia vetuſtate temporis ſui juris oblita, contra abbatem ſuperbiendo, etiam debita exſolvere negligat, viſum eſt nobis ſignare quid abbas ſi opus fuerit exquirat, quidve familia exſolvere debeat. Singuli virorum ſingulos ſolidos, mulieres vero denarios omni anno perſolvant. Aut unum diem ſeptimanæ ad curtem abbatis tam viri quam mulieres ſerviant. Habet etiam poteſtatem abbas ſuper filios illorum nondum uxoratos, ut quem voluerit in Coquina quem voluerit in piſtrino ponat quem voluerit mutatoria abluat, quem voluerit equariciam cuſtodiat & ad quælibet miniſteria

ſteria quoſcunque voluerit deputet. De uxoratis autem quoſcumque & ubicunque iuſſerit abbas ſint Cellerarii, Frumentarii, Telonearii, Foreſtarii. Si vero abbas quempiam præſcriptorum in ſuo obſequio habere voluerit, faciens eum Dapiferum aut pincernam, ſive militem ſuum, & aliquod beneficium illi præſtiterit: quam diu erga abbatem bene egerit, cum eo ſit. cum non, jus quod ante habuit habeat. Poſt obitum viri precioſius animal quod illic fuerit, ad curtem abbatis pertinebit. poſt obitum mulieris precioſior veſtis. Si quis conſervum ſuum interfecerit VII. libras & dimidiam, addito etiam obulo, pro eo exſolvet: mulier ſi extra villam nupſerit Cenſum ſuum ſcilicet VI. denarios dabit, Tale jus habent Durencheimarii, Eichenarii, Sundelingarii, Fuirbacharii. ipſum jus habent Sciferſtatarii niſi quod poſt obitum ſuum nullum jus dabunt. Sultzbacharii ipſum jus habent, exceptis illis qui dicuntur Laz qui ſi beneficium habuerint, quocunque juſſerit abbas cottidie equitare debent. qui autem beneficium non habuerint vinum & annonam abbatis traducere debent a Littore *Suindelingen* uſque

Wormatiam ad portam, quæ dicitur porta pavonis. Goudertheimarii ipſum jus habent quod & Durincheimarii, niſi quod propter quotidianam ſervitutem nec in vita ſua, nec poſt obitum ſuum dabunt aliquem cenſum. Omnium vero prænominatorum jus eſt, quod ſi connubia de aliena familia ſortiti fuerint, & ſi abbati placuerit, cum ſacramento divortium facere poterit quod ſi ſimul permanſerint, poſt obitum viri duæ partes ſubſtantiæ ejus ad Curtem abbatis pertineant, tertiam uxor & filii ejus obtineant.

Signum Domini *Kounradi* invictiſſimi Romanorum Imperii Auguſti.

Burchardus cancellarius Vice Pardonis *) Archicappellani recognovi.

*) In Cop. vid. Archiv. Adminiſtrationis: Vices Purdonis.

Data eſt XVI. Kl. Febr. anno Dominicæ incurnationis MXXXV. Indictione III. Anno autem Domini *Kounradi* Secundi regnantis XI[mo] Imperantis vero IX. Actum eſt *Lintburch* feliciter. Amen.

II.

Digitized by Google

II.

DE FRIDOLVESHEIM.

Qualiter principalis curia ibidem ſit legata Monaſterio Lympurgenſi.
Dat. 1134.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus tam futuri quam moderni temporis chriſti fidelibus, qualiter quidam miles nomine *Otto* datis terrenis ſumptibus hæreditatem ſibi comparavit in cæleſtibus. Memoratus itaque *Otto*, una cum coniuge ſua *Adelind* dicta, in villa quæ vocatur *Fridoluesheim* principalem curtem ſuam, cum tribus manſis Lintburgenſi Eccleſiæ, pro remedio animæ ſuæ, in proprium libere & abſolute contradidit. Appellamus autem curtem illam idcirco principalem, quia maxima pars banni memoratæ villæ, cum omnibus appendiciis ſuis: id eſt pratis, paſcuis, viis, inviis, exitibus & reditibus, aliisque quam plurimis utilitatibus, ſeu Commoditatibus, quas ſcripto commendare longum eſt, ad ejus dominium pertinet. Præter hæc commemorata, tradidit & alias tres hubas, ac dimidiam eo videlicet rationis diſcri-

mine ut hæredes illi, quibus ipſe has poſſidendas dilectionis fœdere diſpoſuit, annuatim quinque ſolidos huic Eccleſiæ offerant. & ipſi reliqua commoditate ad uſum proprium hæreditario jure obtineant. Nec liceat cuiquam hæredi ex his hubis aliqua jugera ad aliam Eccleſiam tradere vel cuiquam hominum vendere, niſi tantum huic Lintburgenſi Eccleſiæ reſtituatur, cuius proprietas eſſe probatur. Facta eſt autem hæc traditio in Sancta Lintburgenſi Eccleſia ad principale altare Anno Dominicæ incarnationis MCXXXIV. indictione XIII. aſtante & annuente venerando Spirenſium Antiſtite *Sigefrido*, cum multitudine non modica Monachorum, clericorum, & Laicorum, dicentium Amen. Hujus Traditionis teſtes ſunt ipſe venerabilis præſul Sigefridus, qui & hanc cartam ſuper hac traditione conſcribi, & ſigilli ſui impreſſione juſſit inſigniri. *Rubertus* abbas cum fratribus ſuis: *Wigando*, *Eggehardo Eberhardo Beringario*, *Wernhero Heinrico*, *Godefrido*, *Sigehardo Rudegero*. *Heinricus* præpoſitus *Ditmarus* præpoſitus, *Fobradus*, *Sigefridus*, *Adelbertus* cum filiis ſuis *Adelberto* & *Anſelmo*, &

aliis

aliis quam plurimis utriusque Eccleſiæ miniſteralibus *Gebenone*, *Eberhardo*, *Cunrado*, *Adelgero*. *Hertwigo*, *Ortwino*, *Marquardo*.

III.

Monaſterium Naumburg ſubditur Abbatiæ Limpurgenſi.

In nomine Sancte & individue Trinitatis, noverint omnes Chriſti fideles tam future poſteritatis quam moderni temporis, qualiter ego *Guntherus* divina auctoritate Sancte Spirenſis Eccleſie humilisMiniſter tactus dolore cordis Intrinſecus, vehementer indolui ſuper deſtructione & deſolacione Numburgenſis Prepoſiture ea videlicet racionis exiſtente cauſa, quod Diſtractis Eccleſie poſſeſſionibus, & attenuatis undique tam interius quam exterins eccleſiaſticis rebus nullum Dei ſervicium inibi per multa tempora Celebratum ſit neque aliqua reverencia Deo & Sanctis ejus debita exhibita ſit. quam ob rem habito Conſilio totius cleri & populi memorati, Advocatis etiam Episcopi Abbatibus & prepoſitis, nobilibus atque miniſterialibus, quorum Conſilio & adhortatu commonitus Limpurgenſis Monaſterii patronus

nus videlicet Sancte Marie matri Domini & beato Johanni Evangeliſte Sancteque Lucie cum reliquis Sanctis ibidem dedicatione confederatis pertytulatam prepoſituram cum omnibus appendiciis Suis Epiſcopali auctoritate in proprium contradidi, eo videlicet racionis tenore, ut nullus ſucceſſorum meorum preſul aliquam ſpecialem poteſtatem ſuper eandem prepoſituram deinceps habeat, Solus Lindburgenſis Abbas jam ſepe nominatam prepoſituram abſque omni contradictione libere & abſolute in perpetuum poſſideat, atque Servicium Dei cum fratribus ſuis in Eccleſia preſignata ut decet ordinate diſponat; & ut hec noſtre tradicionis epiſcopalis auctoritas rata & inconvulſa in perpetuum vigeat decretum eſt Communi Conſilio, hanc noſtre tradicionis cauſam carte ſcripto conſtabiliri & inpreſſione Sigilli noſtri inſigniri & apoſtolica auctoritate videlicet banno & anathemate Corroborari, ejus tradicionis teſtes ſunt iſti clerici *Herzolfus* prepoſitus de domo, *Ottmarus* decanus; *Hartwigus* Camerarius, *wigemarus* magiſter. *Rudolfus*, *Anshelmus*, *Sigewart*, *Godefridus*, *Rappoto*, tunc *Gode-*

Digitized by Google

Godefridus de *Lewenſtein*, *Eggebertus* Abbas de *Summershenn*, *Henricus* Abbas de *Otenheim*, *Beringus* Abbas de *Sancto Lamberto*, *Ebelbertus* prepoſitus de *Herde*, Laici autem *Kunradus* de *Rieth*, *Gotbertus Helinger* & duo filii ejus *Helinger* & *Udalricus*, *Rathwinus*, *Erinfridus* miniſteriales Epiſcopi, *Eckembertus* & filius ejus *Kunradus*, *Sigefridus* & frater ejus *Meginhardus*, *Adalgerus*, *Arnoldus* itemque *Arnoldus*, *Ortwinus* & alii quam plurimi clerici & Laici, hec tradicio facta eſt in Sancta Spirenſi Eccleſia anno Dominice incarnationis MCXLIX. indictione XII. Sub *Eugenio* pontifice, *Cunrado* Rege, *Rubberto* Abbate exiſtente & deſignatam prepoſituram ab Epiſcopali manu ſuſcipiente.

IV.

Confirmatio Abbati & Conventui Lintburgenſi Præpoſituræ Nivinburg.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. *Heinricus* divina favente Clementia Moguntinæ Sedis Archiepiſcopus. Notum ſit omnibus tam futuri quam præſentis ævi chriſti fideiibus: quod

quod nos divinæ retributionis intuitu, tacti dolore, & miſeratione, ſuper dilapidatione & deſolatione Niwinburgenſis præpoſituræ, in fundo quidem venerabilis fratris noſtri *Guntheri* Spirenſis Epiſcopi, in noſtra autem parochia conſtitutæ; traditionem quam iam dictus frater noſter per eandem præpoſituram iure fundi, Lintburgenſi fecit monaſterio nos, ſalvo per omnia iure metropolitani confirmavimus. Hortatu itaque *Guidonis* Venerabilis Cardinalis Diaconi, & Romanæ ſedis legati, præſente quoque Eccleſia noſtra, & rogante in legitima ſinodo noſtra, per hanc cartam impreſſione ſigilli noſtri inſignitam, factum noſtrum roboravimus, & apoſtolica auctoritate, nec non noſtra, ſub banno confirmavimus & noſtræ tuitioni aſſumpſimus. Hujus rei teſtes ſunt: *Hartmannus* præpoſitus de domo. *Arnoldus* præpoſitus St. Petri, & Monguntinæ Civitatis Camerarius. *Heinricus* cuſtos & præpoſitus de *Erpheſſurt*. *Gerlaus* Decanus de domo, & Præpoſitus St. Victoris. *Godſchalcus* præpoſitus Stæ Mariae de Campo. *Anſelmus* præpoſitus Stae Mariae ad Gradus. *Hartmannus* praepoſitus Sti. Mauritii. *Wilhelmus* Magiſter

giſter. *Hartwigus* Cantor. *Heinricus* Abbas Sti. Albani. *Luifridus* Abbas de *Salingenſtatt*. *Hildibaldus* Abbas de *Haſungen*. *Baldemarus* Abbas de *Blidenſtatt*. *Anſelmus* Abbas de *Biſcoffesberc*. de Cappellanis *Giſilbertus* praepoſitus *Kunradus*, *Rudingerus*. de Laicis. *Herimannus* Palatinus. *Heinricus Comes de Catzenellenbogen Emicho Comes de Liningen*. *Poppo Comes de Richinbach*. *Bertholfus Comes de Nitahe*. de miniſterialibus. *Megingoh* vicedominus. *Tuto* frater ejus *Embrico* Comes Rheni. *Wernerus* dapifer. *Kunradus* pincerna. *Kunradus* Marſcalcus: & alii quam plures tam clerici quam Laici. haec confirmatio facta eſt in Sancta Sinodo Moguntinae Eccleſiae. Anno Dominicae incarnationis MCL° Indictione XIII^{a} Sub *Eugenio* Papa, *Kunrado* II. Rege. *Rubberto* Abbate exigente, & hanc confirmationis cartam a nobis ſuſcipiente.

V.

Digitized by Google

V.

Confirmatio incorporatæ parochialis Eccleſiæ, & principalis curtis Fridelshemii Anno 1153.

dum transmiſſa, Eundem dominum Electum (primitus tamen ſolito & conſueto infraſcripto fidelitatis juramento, ad ſancta Dei Evangelia, nobis perſonaliter præſtito) in Abbatem dicti monaſterii Limpurgenſis, confirmandum fore decrevimus, eumque divino opitulante præſidio in Dei nomine confirmavimus, ſicque confirmatum de dicto monaſterio & ejus Abbatia, omniumque & ſingulorum jurium & pertinentiarum eorundem, teſtibus, notarioque infra mentionatis adſtantibus, per libri ad manus ejus traditionem, inveſtiendum & inſtituendum duximus prout Ordinario authorizationis robore, per præſentes decernimus, confirmamus & inveſtimus, curam & regimen ſeu adminiſtrationem dictæ Abbatiæ ac monaſterii Limpurgenſis, omniumque inde dependentium ac eidem incorporatorum & annexorum, qualiacunque eadem ſint, tam in ſpiritualibus quam in temporalibus (juribus tamen ordinarii noſtrisque in omnibus & per omnia ſalvis) Domino Electo & confirmato Abbati plenarie committentes: Tenor vero juramenti, ſupra mentionati Abbatis nunc confirmati ſequitur in hæc verba:

Ego

Ego fr. *Joannes Jordans de Tuitio*, ordinis ſancti Benedicti congregationis Bursfeldenſis profeſſus, in Abbatem monaſterii in *Limpurg* electus juro ad hæc ſancta Dei Evangelia, manibus meis corporaliter tacta, quod ab hac horâ inantea fidelis ero, Reverendiſſimo Domino, Domino *Philippo Chriſtophoro* Epiſcopo Spirenſi ſuisque ſucceſſoribus canonice intrantibus, atque matri Eccleſiæ ſuæ, nec non debitam ſubjectionem & obedientiam ipſis rite & legitime faciam & obſervabo, Item quod non ero in conſilio vel facto, quod dictum dominum Epiſcopum aut ſuos ſucceſſores, in corpore vel in rebus moleſtare valeat ſeu poſſit, Item conſilia ſua ſecreta, nec non literas & nuncios ſuos nulli pandam in præjudicium ipſius. Item jura ſua vel Eccleſiæ ſpirenſis pro poſſe & noſſe defendam & manutenebo; Item nuntios ſuos certos in veniendo & redeundo, honorifice tractabo; Item Regulam ſancti Benedicti ſervabo, & ſecundum eandem vivere faciam pro poſſe & noſſe; Item bona Monaſterii in *Limpurgh*, illicitè & indebite alienata pro poſſe recuperabo. Item bona & res ejusdem monaſterii, mobilia & immo-

bilia, contra ſacrorum canonum prohibitionem & absque licentia, dicti Domini mei ſpirenſis ac ſuorum ſucceſſorum non alienabo. Item quod ero diligens circa officium divinum, diurnum & nocturnum & fratrum correctionem & diſciplinam, honeſtatem & decentiam; quæ omnia & ſingula pro poſſe & noſſe juro fideliter obſervare, ſic me Deus adjuvet & conditores ſanctorum Evangeliorum Dei, In principio erat verbum & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: Quæ omnia & ſingula vobis conventualibus præſentibus & futuris, aliisque perſonis dicti monaſterii officiatis, & bonorum ipſius Colonis, nec non quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit, conjunctim & diviſim, intimari, notificari ac inſinuari volumus, prout præſentibus intimamus, notificamus & inſinuamus Mandantes omnibus & ſingulis Eccleſiaſticis, dictæ ſpirenſis diœceſis, cæteriſque, qui de & ſuper præſentium executione fuerint requiſiti, quatenus præfatum Dominum *Joannem Jordans de Tuitio*, Electum & confirmatum Abbatem poſthac pro tali agnoſcant, recipiant & obſervent, eumque vel procuratorem ejus legitimum

mum pro eo & ejus nomine in corporalem realem & actualem poſſeſſionem ſæpedictorum monaſterii & Abbatiæ in *Limpurgh* univerſorum bonorum inducant & admittant, ſibique de ipſius Abbatiæ, ac iſtius complexorum fructibus, redditibus, proventibus juribus, jurisdictionibus, feudis, decimis cenſibus, rebus, bonis, obventionibus, & emolumentis univerſis integre & plenarie, ab omnibus quorum intereſt, vel intererit, reſponderi, nec non à fratribus & conventualibus, aliisque ſuis ſubditis, reverentiam fidelitatem & obedientiam debitas & condignas exhiberi ſimiliter jura literalia ſæpe fati monaſterii documenta & monumenta cum omni ſupellectile & ornatu, atque etiam regiſtra & ratiocinia ad manus fideliter tradi & integre reſtitui faciant ac procurent, aut quilibet deſuper requiſitus inducat, admittat, faciat atque procuret, tum etiam pro poſſe contra quoscunque obſiſtentes defendat & juvet: In quorum omnium & ſingulorum fidem, evidensque teſtimonium præmiſſorum præſentes noſtras literas confirmationis & decreti, per Notarium infraſcriptum & ad hoc negotium ſpe-

cialiter aſſumptum, exinde conſcribi, ſigilloque officii noſtri vicariatus juſſimus & fecimus appenſione communiri. Acta fuerunt hæc *Spiræ* in domo habitationis noſtræ ſolitæ Reverendis Dominis Magiſtro *Materno Cremerio*, collegiatæ Eccleſiæ ſanctiſſimæ Trinitatis Decano, & *Michaele Frank* Canonico Capitulari ibidem, teſtibus ad præmiſſa ſpecialiter vocatis atque rogatis præſentibus, vigeſimo quarto die menſis februarii. Anno Incarnationis Domini ſexcenteſimo quadrageſimo quinto.

Gangolphus Epiſcopus Davalienſis
Joës Jacobus Schorrer S. T. D, ſigillifer R.mi & I.llmi Principis Epiſcopi Spirenſis Canonicus SS. Germani & Mauritii

Joannes Conradus Linden
Sacræ Cæſareæ Majeſtatis authoritate publicus & pro tempore Imperialis judicii cameræ juratus Ntſmp.

XXXII.

Digitized by Google

XXXII.

Pontiſicia Receptio, & Commendatio, moderni Abbatis Lintburgenſis.

Marcus Gallius Epiſcopus Ariminenſis Sanctiſſimi Domini noſtri *Alexandri* PP. VII. Prælatus domeſticus, & Aſſiſtens: ejusdemque ac ſanctæ Apoſtolicæ ad tractum Rheni, & alias inferioris germaniæ partes cum poteſtate legati de Latere Nuntius. Obtinuit pridem venerabilis ac Reverendus Pater *Joannes Jordans de Tuitio* â Sanctiſſimo D. N. *Alexandro* PP. VII. tunc temporis in hiſce partibus Nuntio apoſtolico prædeceſſore noſtro litteras, poſtmodum etiam ab Illuſtriſſimo & R.mo Domino *Joſepho Sanfelicio* ſimiliter prædeceſſore noſtro confirmatas tenoris ſequentis: *Fabius Chiſius* Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Neritonenſis Sanctiſſimi Domini noſtri D. *Innocentii* divina providentia PP. X.mi ejusdemque Sanctæ ſedis ad tractum Rheni, ac alias Inferioris germaniae partes cum poteſtate Legati de Latere Nuntius ordinarius, ac ad tractatus pacis univerſalis Monaſterii in *Weſtphalia* extraordinarius

dinarius &c. cum venerabilis ac Reverendus pater *Joannes Jordans de Tuitio* Ordinis ſancti Benedicti, congregationis Burſfeldienſis, nuper ſtiterit ſe nobis, oſtenderitque documenta reſtitutionis, & introductionis in integrum, item confirmationis, & jnveſtitionis ſuper monaſterio ſuo Limpurgenſi ad *Staarthum,* *) in diœceſi Spirenſi, ac palatinatu inferiori ſito, ſuper quibus noſtrum & ſanctæ Sedis patrocinium, ſtantibus præcipue hiſce bellorum calamitatibus, & ærumnis humiliter requiſivit. Nos attentis iis, utque juxta præfatæ abbatiæ jura commodius in ſpiritualibus ac ſæcularibus ſua fruatur adminiſtratione in omnibus ad eandem quomodolibet pertinentibus æſtimantes muneris noſtri proprium, ac ſanctæ ſedis benignitatis eſſe ut Eccleſiæ bona, & animarum curæ conſerventur atque augeantur, volentesque eidem RP. *Joanni Jordans* Abbati in hac juſta petitione favere recepimus eum ſub noſtra ac ſanctæ ſedis protectione ac favore. Qua propter omnibus & ſingulis Eccleſiaſticis in Domino mandamus, ut eidem ſuis in neceſſitatibus, atque opportunitatibus humaniter aſſiſtant, & contra quoſcunque

*) Ad Hardtam.

que quomodolibet impedientes tueantur ac protegant. Rogantes omnes ſereniſſimos Illuſtriſſimos ac R.mos Epiſcopos, Principes, Gubernatores Belliduces, eorumve vices gerentes aut miniſtros, ut contra adverſantes quoscunque ſuis gratiis ac favoribus eundem R. Abbatem pariter defendant, nec ullo modo perturbari permittant quo minus juribus ſuis juxta prædeceſſorum in prædicto monaſterio Abbatum morem libere atque integre ſruatur. Mercedem certo ſcientes ab omnipotenti Deo benefactorum ſe recepturos atque à ſancta ſede, ac nobis parem in omnibus officiorum viciſſitudinem in quorum fidem haſce noſtras patentes Litteras exarari mandavimus, noſtra ſubſcriptione ac ſigno munitas. Datum *Monaſterii* in *Weſtphalia* die 20. May. Anno 1645. Sanctiſſimi Domini noſtri D. *Innocentii* PP. Decimi Pontificis anno primo. Quas litteras nobis præſentatas humiliter ſupplicavit ut renovare & confirmare dignaremur. Nos igitur eundem Patrem *Joannem* favore proſequi gratioſo volentes prædeceſſorumque noſtrorum hujusmodi veſtigiis inhærere, & ulterius urgentibus ejusdem neceſſitatibus con-

n 4 ſulere

ſulere cupientes, ſupra inſertas literas autoritate noſtra apoſtolica renovamus, & confirmamus ac inſuper ut idem pater *Joannes* quascunque parochiales Eccleſias, ſive earum vicarias in legationis noſtræ diſtrictu exiſtentes, ac ea durante adminiſtrare, earumque fructus in ſui ſubſidium congruamque ſuſtentationem percipere, & convertere poſſit, tenore præſentium indulgemus. Non obſtantibus quibuscunque in contrarium facientibus. Rogantes omnes ſereniſſimos Illuſtriſſimos ac R^mos^ Archiepiſcopos, Epiſcopos, & principes, omnesque ad quos ſpectat, ut eundem *P. Joannem* auxilio, protectione & favore proſequi velint in gratiam ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, ac noſtri, qui viciſſim operam, induſtriam, ac officia noſtra ſincere in Domino pollicemur, ac divinam omnibus in præfatum *P. Joannem* Charitatis officium exercentibus precamur retributionem. Datum *Coloniae* 9. Decembris 1661. Pontificatus Bene memorati Sanctiſſimi D^ni^ noſtri *Alexandri* PP. VII. Anno 7mo.

M. *Gallius* Epiſcopus Arimini Nuntius apoſtolicus

de Mandato Ill^mi^ & R^mi^ D^ni^ mei *Egidius de Harenne* Abb.

SPON-

SPONHEIM.

Monaſterium Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Moguntinæ.

Anno MXLIIII. Comes *Everardus* in loco *Mons Campi* dicto uno milliari a *Crucenaco* diſtante Eccleſiam fundavit a *Bardone* Archi-Epiſcopo Moguntino An. MXLVII. VIII. Calendas July conſecratam. Comes memoratus contulit in dotem Eccleſiæ in *Pedersheim* duos manſos, in *Rudesheim* prope Creuznacht tres manſos Dominicalis terræ. Ibidem quatuor manſos cum quarta parte, quos Coloni poſſidebant. In *Hagenheim* duos manſos & duo jugera vinearum, in *Baſenheim* manſum & ſex jugera. In *Dromersheim* dimidium manſum & quatuor vineas. In *Mannendal* manſum. In *Bockenauw* duos manſos, in *Awen* quatuor manſos cum quarta parte. In *Moncecha* aream cum ædificijs & VII. jugera vinearum, in *Werngiſbach* duos manſos, in *Eſcelbrun* octo maldra tritici et XVI. ſiliginis, de manſo, qui vocatur Eberhardi. Clericos quosdam ibidem collocavit jure patronatus ſibi & hæredibus ſuis reſervato.

Annis vix non ſexaginta elapſis *Stephanus* Comes de Sponheim in monaſterium hanc Eccleſiam erigere curavit & præparare manſiones pro monachis ſecundum regulam ſancti Benedicti inſtitutis. Is jamjam moriturus filium ſuum *Megenhardum* paternæ ſubſtantiæ hæredem ad ſe vocavit, ut inchoatum pro cœnobio ædificium perficeret, commiſit. Opus Patre mortuo fortiter aggreſſus eſt filius & paucos intra annos complevit.

Anno igitur MCXXIII. in Dominica *Quaſi modo Geniti Buggo* Epiſcopus Wormatienſis vice *Adelberti* Archipræſulis Moguntini Eccleſiam & monaſterium dedicavit in honorem beatæ Mariæ Virginis & ſancti Martini Turonenſis Epiſcopi. Siſtimus hic, Seriem Abbatum & ſub eis geſta pro Monaſtico Moguntino reſervantes. Addimus ſolummodo documenta quædam in Trithemii Chronico Sponheimenſi non viſa. Continent autem ſæpe dicti monaſterii reformationem ad ductum Congregationis Bursfeldenſis. Conſenſum ſuper reſignatione parochialis Eccleſiæ ibidem atque piam liberalitatem *Philippi* Electoris Palatini n. XXXIII. XXXIV. XXXV.

Digitized by Google

XXXIII.

Reformirung und frihung das Cloſter Spanheim antreffend.

Von Gottes gnaden wir *Friderich* pfaltzgraue by Rine hertzog inn Beyern des heiligen Römiſchen Richs Ertzdruchſes und Kurfurſt, und wir *Friderich* pfaltzgraue by Rine hertzog in Beyern und graue zu *Spanheim*, bekennen und tun kunt mit dieſem brieff, das wir mit innerlicher Betrachtung fur augen genommen und betracht haben die manigfeltig gnade, gutdat und barmhertzigkeit die der Almechtig ewig guttig Got an unns gelegt und bewieſſen und zukommen laſſen hat, darumb wir mit getruwen fliſs heer und groſer danckbarkeit ſchuldig ſin zu thun, das wir fur ein ſtucke dem Almechtigen Got zu lobe und anneme fruchtbarlichen nit wiſſen zu bewiſen dann mit emſiger und getruwer furderung und hilff zu offgang und merung Gotlichs lobs und dinſt, und beſunder an den enden und ſtetten die dem Almechtigen Got zugeordent und gegeben ſin, und ſunderlich in unſern Landen, darzu wir mit hertzen und gemute williglick ſin ge-

Digitized by Google

geneigt, unnd wan nu bisher by unnſern Zitten das Cloſter und Gottshuſe *Spanheim* by *Creutzenach* in meintzer Biſtum gelegen an Gotsdinſt und loblichen weſen, auch an zittlicher nahrung gros und vil abgenommen, das unns in unnſern gewiſſen merglick beſchwert hat, umb das nu Gots lob und dinſte daſelbs widder bracht, und das onordenlich weſen abgetane unnd zurſtort werde, und dan ein ſunderlich liebe und gefallen haben in den perſone ſanct *Benedicten* Ordens die reformirt als die itz unt ſin zu ſant *Jacobsberg* by *Meintze* gelegen, darumb wir an den wirdigen und geiſtlichen Vettern deſſelben Ordens ſouil flis getane und erbetten haben, das ſie dem Allmechtigen Gott zu lobe, und unnſer ernſtlichen bette willen, ſich des genanten Cloſters und Gotshuſe genant *Spanheim* angenommen und underzogen. Daruff wir den wirdigen geiſtlichen unnſern lieben andechtigen Abt und Conuent zu ſant *Jacobsberge* und denſelben reformirten Orden das obgenant Gotshuſe und Cloſter *Spanheim* in der ere und lop der heiligen Driueltigkeit der hoch gelopten Königin *Marien*

rien ingegeben haben, und geben Ine das mit Crafft dies brieffs, Gotts lop und dinſte daſelbſt zu uben und zu uollenbringen unnd umb das ſie und alle jre nachkommen ſolichs deſter furderlichen und ungehindert getun und fur unns und alle unſere Eltern und nachkommen deſter fliſſiger gebitten mogen, und wir dann bisher attzung und dinſt daſelbſt gehapt han, ſo haben wir mit rechtem wiſſen und vorbetrachtung abgeſtalt und ſtellen abe, mit zugabe rechter wiſſentlicher frihung fur unns und alle unſer Erben zehen jare lang nehſt nacheinander nach datum dies brieffs volgen, aller wagenfart aller karchfart aller atzung es ſin jegerhunde, aller frondinſt, bette, Schatzung, ſtuer, und aller ander beſchwerung wie die bisher gebrucht worden iſt, und forter angezogen, gefordert oder gebrucht mocht werden. Und ſo die zehen jare verſchinen ſint, ſo ſollen unns unnd unſern Erben alle jare verlihen off ſant *Martinstag* des heiligen Biſchoffs die obgenanten Abt und Conuent zu *Spanheim* und Ire nachkommen funfzig malter haberns für ſoliche obgerurte atzung, frondinſt und anders &c. geben und uns die

die gen *Crutzenach* unſern Truchſeſſen und Lantſchribern die wyr ye zu zitten daſelbſt han unnſer iglichen ſo vil Ime daran geburt uff jren Coſten und mit jrn gefert antwortten und liebern, und darzu wan wir oder unnſer Erben herzuige und feltleger hann wurden, und nit ehe ſo ſollen unns die genante Abt und Conuent und jre nachkommen ein wagen mit vier pferden halten, und unns den uff unnſer geſynnen ſchicken und unns dienen und gewarten, ſo lang derſelbe herzuck und feltleger wert, daruber ſie auch nit beſwert oder witter angezogen werden ſollen in keinen wege und alſo das ſie und jr nachkommen des zu ewigen zitten ſo lang ſie ein reformirt weſen da halten fry, ledig ſin und nit methun noch zu thun ſchuldig ſin ſollen, in dheinen weg dann obgerurt iſt, ſo nemen wir zu furderlichen hilff das obgenant Cloſter perſone und das jr, nicht usgenommen inn unſern und unſern erben ſie und das bj jren gerechtigkeit und zugehorungen getrulich hanthaben, Schutzen und Schirmen ſollen und wollen, wo und als dicke ſie des notturfftig und begern ſin, getrulich und ohne alle geuerde.

Und

Digitized by Google

Und heruff ſo heiſſen und gebieten wir allen unſern Amptluden Landtſchribern Burgermeiſtern, gemeinden und undertanen in unſerm furſtentum Landen und gebieten die itzunt ſie oder hernachmals werden, by iren eyden und pflichten damit ſie uns gewant ſin, und als liebe jne ſy unnſer hulde und ſwere ſtraffe und ungnade zu uermeyden das ſamentlich und ſunderlich die, genanten Abt und Conuent zu *Spanheim* ſin und nachmahls ſin werden, und das jr ſie by dieſer unſer gnade und friheit verbliben laſſen und dan jm nit tragen, ſie auch mit keynerley ſachen beſwern wie die namen haben mocht ſunder ſie getruwlich ſchützen ſchirmen, handthaben und verteidingen wo und gegen weme ſie des zu yeder zit notturfftig und begernde ſin, alles getrulich und one alle geuerde. Und des zu urkunde haben wir unnſer Ingeſiegel tun hencken an dieſem brieff der gegeben iſt off montag ſant Jacobstag des *heiligen zwolffbotten*, Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo Octavo.

XXXIV.

XXXIV.

Conſenſus ſuper reſignatione Eccleſiæ parochialis in Spanheim.

Dietherus Dei gratia &c. Ad futuram rei memoriam. Cum nuper ſanctis ſimus Dominus noſter Dominus *Sixtus* divina providentia Papa *quartus* poſt incorporationem Eccleſie parrochialis ville *Spanheim* noſtre Dioc. monaſterio S. *Martini* Ordinis S. *Benedicti* in *Spanheim* per predeceſſores noſtros factam Abbati & Conuentui ejusdem conceſſerit, ut in antea dictam parrochialem Eccleſiam per modernum Rectorem quomodolibet dimiſſam per monachum ejusdem monaſterii vel presbiterum ſecularem ad nutum revocabilem perpetuis futuris temporibus regi & gubernari facere poſſent juxta litteras deſuper obtentas ac deinde honorabilis & devotus nobis dilectus *Johannes Biſſgel* presbiter dicte parochialis Eccleſie modernus Rector eandem in manibus religioſi nobis dilecti Abbatis dicti monaſterii libere juxta informationes & inſtrumentum per manus *Johannis* de *Veldentz* aſſerti notarii ſubſcripti & coram nobis productum reſignaverit, quo magis

magis autem dicta reſignatio ſine ſcrupulo procedat, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eam de benigmitate noſtra autorizare & ratificare gratioſe dignaremur. Nos vero juſte petitioni annuentes predictam reſignationem & acceptationem auctoritate noſtra ordinaria tenore preſentium approbamus ratificamus auctorizamus & confirmamus eamque ratam & firmam eſſe volumus & ordinamus non obſtantibus ordinationibus conſtitutionibus generalibus vel ſpecialibus ſtatutis proviſionibus aut alijs quibuscunque; ſalvis tamen in Eccleſia parrochiali predicta juribus Archi Epiſcopalibus que nobis noſtrisque ſucceſſoribus tenore preſentium expreſſe reſervamus harum noſtrarum quibus ſigillum noſtrum appenſum eſt teſtimonio litterarum. Datum in Civitate noſtra Moguntina die decima octava menſis Auguſti Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono.

Digitized by Google

XXXV.

Wie Hertzog Philips Kurfurſt und hertzog Joannes zu Spanheim beide pfaltzgrauen Abt und Conuent zu Spanheim der L. malter haber gult, ſie jerlich geben ſolten, noch X jar lang gefriet han.

Von Gots gnaden wir *Philips* pfaltzgraue by Rine, hertzog in Beyern des heiligen Römiſchen Richs Ertzdruchſes und Kurfurſt, und wir *Johans* von der ſelben gnaden Gottes pfaltzgraue by Rine hertzog in Beyern und graue zu *Spanheim*, bekennen und thun kunth offenbare mit dieſem brieff, als unſer eltern und fordern mit namen unnſer pfaltzgraue *Philips* vetter und vatter ſeliger pfaltzgraue *Friderich* und unſer hertzog *Johanſen* vatter hertzog *Friderich* beide ſeliger gedechtnis das cloſter *Spanheim* zu lobe dem almechtigen Gott reformiren laſſen und deshalb fur frondinſt achzung und ander gerechtigkeit die ſie nachgelaſſen fur funffzig malter haber gult die das cloſter uns erblich darfur geben ſolle, und ein gementen gerichten wagen, ſo wir reiſſen darzu ſtellen mit Abt und Conuent der reformacion uberkommen haben, nach Lut eines verſiegelten brieffs dauon ſagende. des datum ſtet

uff

uff montag ſant *Jacob* tag des heiligen zwolff botten Anno Domini, Milleſſimo quadringenteſimo ſexageſimo octavo, unnd aber wir bericht ſein das ſoliche Gottshuſe noch zur zit in dem vermogen nit ſy unns on groſſ beſchwerde den habern zu geben, uff das dan der Abt und Conuent deſte geruglicher in ir andacht bliben und beharren mogen ſo haben wir jne die gnade getan, und ſie des egenanten habern noch zehen jare lang nehſtvolgende gefriet, unnd frien ſie des die egenante zehen jare lang, jnn und mit crafft dieſſ brieffs für uns und unſer erben alſo das ſie deshalben die jarzale us in des Cloſter urber und notturfft genieſen, und Gott deſter fliſiger fur uns, unſer Eltern unnd unſer gutdeter bitten, ſollen truwelich und ungeuerlich. Unnd wann die egenante Jarzale us iſt ſollen Abt und Conuent zu *Spanheim* uns oder unnſern Erben, Lut des obgerurten vertrags und dieſſer brieff crafftlos todt und abſin, ungeuerlich. Urkunde dies brieffs verſiegelt mit unnſer beider anhangenden Ingeſiegeln. Datum uff ſant *Veltinstag.* Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo primo.

OTTERBURG.

MONASTERIUM ORDINIS CISTERCIENSIS, DIOECESIS MOGUNTINAE.

Celebre hoc Aſceterium ad *Otteram* Amnem uno diſtans milliari *a Lutra Cæſarea* ſua refert initia ad an. MCXLIV. quo *Henricus* Archipræſul *Moguntinus* Eccleſiam in antiquo Caſtro *Otterburc* ſitam, nec non beneficium Eccleſiæ in proxima villula cum dono altaris et decimationibus Abbati Eberbacenſi tradidit conſtruendo Religioſorum ſui Ordinis Cœnobio. Litteræ deſuper confectæ prolixiores continent notitias & hujus tenoris ſunt:

In nomine ſacroſancte & individue Trinitatis. Notum eſſe cupimus tam futuris quam preſentibus, qualiter Ego *Heinricus* a) Divina clementia Maguntine ſedis Archiepiscopus, volens cooperari piis ſtudiis *Eberbacenſis* Abbatis, b) eccleſiam in antiquo Caſtro *Otterburc* c) ſitam, nec non beneficium Eccleſie cum proxima villula d) cum dono

dono altaris ac denominacionibus ſimulque cum omni juſticia ſinodali adme . . . reſpiciente, prefato Abbati ad conſtruendum ibidem cenobium religioſorum contradidi, preſente & annuente Prepoſito & conſanguineo meo *Gerlaco* ſancti Victoris e) in cujus archidiaconatu f) prefata eccleſia conſiſtit. Ejusdem autem eccleſie proprietatem fundi ſcilicet Caſtrum cum adjacentibus & contiguis monti terris & ſilvis quibusdam prefatus Abbas a manu *Sigefridi* g) & coheredum ſuorum pro remedio animarum ſuarum recepit. Pro paucis vero ejusdem territorii incolis, ne omnino proviſore & paſtore animarum ſuarum deſtituti eſſe videantur, presbyterium de *Sambach* h) in vice parochiani preponimus, quatenus ab eo monitis ſalutaribus ac baptiſmi cura, infirmorumque viſitatione & ceteris que ad hec reſpiciunt miſteria cura pervigili procurentur. Pro decimatione autem ejusdem villule ſingulis annis prefato preſbiterio triginta ſolidos monetœ terræ illius dare inſtituimus, quo ad uſque divina favente clementia novella plantatio creſcente fratrum numero corroboretur in Domino & ſecularium nego-

tiatorum decreſcente populo Abbas loci ejusdem nullo deinceps egeat extrinſecus ſacerdotis miniſterio, ſicque demum ceſſante ſacerd. officio, ceſſet etiam conſtitute pecunie conditio. Ut autem hec traditio ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc cartam conſcribi juſſi & ſigilli mei impreſſione corroboratam ſubtus firmari precepi. Si qua autem perſona, magna aut parva, contra hec venire, aut aliquid, quod factum eſt, permutare temptaverit, iram omnipotentis Dei, ſanctorum omnium incurrat, & omnibus Chriſti fidelibus reſiſtentibus votum ſuum ad unguem non perducat, ac divina anathematis ultione damnetur. Teſtes hujus rei ſunt Burchardus Argentinenſis Epiſcopus. Anſelmus Havelenbergis Epiſcopus. Hartmannus ſancti Stephani Præpoſitus. Heinricus Cuſtos. Gerlacus Prepoſitus. Godelſchalcus ſancte Marie in Campo Prepoſitus. Wilhelmus Magiſter ſcolarum. Gozbertus Cantor. Gothebaldus Frizlarienſis Prepoſitus. Arnoldus Aſchaffenburgenſis Prepoſitus. Ludovicus Prepoſitus de Mucheſtatt. Capellani: Giſelbertus. Conradus. Godefridus. Sigelo. Laici: Emmecho Comes de Lininge.

Digitized by Google

ninge. Damno. Chunradus Comes. Bertholdus Comes de Nithehe. Wiger. Godefrid. Udalricus de Horn. Anſhelmus. *Miniſteriales*: Dudo. Meingoz. Ruthart. Erneſt. Helfrich. Facta eſt autem hec traditio Anno Dominice incarnat. MCXLIIII. Indictione VI. regnante *Chunrado* Rom. rege hujus nominis ſecundo.

a) *Heinricus* antequam ad Archiepiſcopale Solium eveheretur, fuit Præpoſitus Eccleſiæ Majoris ſive ſ. Martini, ſimul ac ſ. Victoris extra muros Mogunt. habuit autem ad ſ. Victorem in Præpoſitura ſucceſſorem *Gerlacum* Decanum Majoris, quem in noſtro Diplomate vocat conſanguineum ſuum. Videatur charta, qua *Adelbertus* Fratribus, ſive Canonicis ſ. Martini de Domo an. MCXXVIII. largiſſimas ad victum adſignat opes. *de Gud. T. I. p.* 76. ubi inter teſtes Henricus comparet primo loco poſitus.

b) *Eberbacenſis. Abbatis.* Fuit is *Ruthardus* Abbas primus Eberbacenſis monaſterii in Rhingavia, de quo *Adelbertus.* Archiep. Mog. & Apoſtolicæ ſedis Legatus in litteris Fundationis ejusdem cænobii an. MCXXXI. ait: Deſideravi ſpecialiter fundare Abbatiam Ordinis Ciſtercienſis in proprio fundo meo. Vocavi ergo per litteras meas ſupplicatorias ad partes Alamaniæ Venerabilem virum, orbi notum pro ſingularis gratiæ privilegio,

videlicet Dominum *Bernardum* Abbatem de Clara Valle, rogans eum ſuppliciter & attente, quatenus de ipſa Domo ſua tranſmittat unum Conuentum Monachorum, quod & fecit, deputans eis Abbatem Dominum *Ruthardum*, virum ſpectabilem in Omni Religione & virtutibus probatum, ut ſic in prædictis viris ſemen quoddam Ordinis Eccleſia Moguntina ſuſciperet & in confinio ipſius, favente Deo ſemen Religionis pullularet. *De Gud. T. I. p.* 96. *Ruthardus* iſte tria Ordinis Ciſtercienſis cœnobia ſtudio & pietate efformavit. In Diœceſi Wormatienſi *Schönaugiam* An. MCXLII. In Maguntina *Otterburgum* An. MCXLIV. atque in Leodienſi *Vallem Dei*, quæ primitus Cœnobium ſ. Agathæ appellabatur An. MCXLVII. vid. Chronicon Schönaugienſe Diplomaticum, quod prelum reliquit An. MDCCXCIII.

c) Caſtrum monti inſidens, ad cujus radices *Ottera* uno quadrante horæ abhinc ſcaturiens præterfluit. Monachi hunc incoluere locum diu noctuque Divinis laudibus occupati, donec infra montem in planitie ſpatioſa Eccleſia cum monaſterio aliisque ædificiis perficeretur.

d) Superſtites adhuc ſunt, qui a multis retro annis hujus villulæ rudera ex disjectis ibi diſperſisque lapidibus agnovere.

e) Videatur nota a.

f) Archidiaconatus ſ. Victoris ſedes prima ſive Capitulum ſedis *Kircheim* prope *Bolanden* quam

Digitized by Google

quam plurimas numerabat eccleſias usque ad *Kübelberg* villam Diœceſi Metenſi proximam, quæ poſt varia Religionis diſſidia ad Diœceſin Wormatienſem tranſierunt. *vid. Diœceſis Moguntina in Archidiaconatus diſtincta Tom. I. p. 323. ſq.*

g) Usque nunc deeſt nomen ejusdem familiæ. *Jongelinus* quidem in notitiis Abbatiarum Ordinis Ciſterc. lib. II. p. 60. aſſerit, *Sigefridum Bebonis* Comitis Keſſelbergici filium fuiſſe, ſed probationes haud adducit. De Gente Suevica Keſſelbergicorum Comitum mira enarrantur & exotica. Fortaſſis in uno alterove Sueviæ monaſterio latent documenta ſuo die e tenebris protrahenda.

h) *Sambach*, *Santbach* hodie jurisdictionis Leyanae. Vid. etiam Archidiaconatum S. Victoris l. ſupra cit. p. 325. &c.

Habetur quoque hoc documentum fundationis Otterburgenſis in Actis Academiæ Theodoro-Palatinæ, cujus ſolertiſſimi ſocii an. MDCCLXV. Monumenta ſepulcralia ibidem conſignarunt. *vid. Acta T. I.* p. 35. In decurſu ea huic inſeremus hiſtoriæ.

Digitized by Google

SERIES
ABBATUM OTTERBURGENSIUM
ET
SUB EIS GESTA
DOCUMENTIS COMPROBATA.

STEPHANUS.

Hunc primun ſacri hujus loci extitiſſe Abbatem aperte innuunt an. MCLXXIII. Commutationis tabulæ cum *Philippo* Archipræſule Colonienſi. n. XXXVI.

Eodem hoc anno miles *Godefridus de Heſſloch* in publico juratæ Collectionis Placito in præſentia Comitis & plebis conſtitutus, ratam habuit donationem quamdam ab uxore ſua *Benedicta* Otterburgenſibus cœnobitis factam.

Super eſt notitia, qualiter circa hoc tempus prædium in *Erlenbach* ad monaſterium Otterburgenſe pervenerit. n. XXXVII.

An. MCLXVII. IIII. Kalend. Octobris deceſſit *Henricus* Abbas Lauresheimenſis, qui beatius eſſe arbitratus, pecunias multa parſimonia collectas diſpergere & dare pauperibus, quam poſt obi-

Digitized by Google

obitum ſuum diſpergi per non pauperes, & dari non pauperibus vaſa ſacroſancta, videlicet Calices honeſtæ & formæ & ponderis fabrefieri juſſit & monaſteriis ſervorum Dei diſtribuit. Hæc inter monaſteria etiam Otterburgenſe numeratur, quod ab eodem Henrico obtinuit tres marcas argenti. *vid. Codex Laureshamenſis Diplomaticus Tom I. p. 273. ſeq.*

ALBERO.

Stephani Abbatis primi ſucceſſor erat *Albero* Abbas ſecundus. In hujus notitiam nos inducit charta ſub num. XXXVIII quæ ſimul pacificum providi Patris regimen commendat. Non duo autem Alberones præfuere monaſterio, ut quidam ex voce *Secundus* concludere voluit, ſed unus ſolummodo noſter, qui fuit ſecundus in Ordine Abbas; qui ut occaſiones litium & diſſenſionum amputaret atque removeret, An. 1185. limites prædii, in quo Otterburgenſis Eccleſia cum adpertinentiis ſita eſt, lapidibus conſignari fecit.

PHIL

PHILIPPUS I.

Ex Eccleſiæ Colonienſis Canonico factus monachus tandem ad Otterburgenſis monaſterii infulas pervenit, vitæ auſteritate nec non reliquis piis Operibus per vitæ curriculum indeſinenter continuatis, famam ſanctitatis promeritus eſt.

An. MCCIX. *Otto IV.* Romanorum Rex villam *Erlenbach* & quasdam monaſterii curias liberas declarat & ab omni nexu feudali immunes. n. XXXIX.

In alia ejusdem anni charta Otterburgenſi monaſterio & villanis ſuis aſſeritur & ſtabilitur jus lignandi in nemoribus *Waltmarka* & *Brando* &c. n. XL.

Innocentius III. PP. Monaſterium *Otterburg* an. 1215. in protectionem ſuſcipit & privilegiis ornat. n. XLI.

Biennio poſt, *Chriſtianus* ſ. Victoris Moguntiæ Præpoſitus illius tractus Archidiaconus ſententia definit, Decimas illas, quas ſambacenſes ut ſuas prætendunt, non ad Eccleſiam in *Santbach*, ſed ad Eccleſiam in *Otterburg* pertinere. n. XLII. id quod eodem anno *Sifridus* II. Ar-

Archiepiſcopus. Mogunt: confirmavit. n. XLIII.

An. 1219. *Fridericus II.* Rex Romanorum Wormatiæ robur confirmationis adjecit Compoſitioni inter Otterburgenſes & Abbatem S. Lamperti, *H. de Wartenberg* & *W. Colbonem* initæ jus circa lignandi & paſcuorum in *Brant* & *Waldmarcke*. Inſuper noſtro monaſterio jurisdictionem in villam *Erlenbach* & curias adjacentes voluit eſſe roboratam. n. XLIV. XLV.

Hoc item anno *Philippus* ab *Honorio* III. PP. Cœnobium ſ. Albani viſitare juſſus & in charta fundationis ſ. Catharinæ parthenonis Ordinis Ciſterc. teſtis adhibitus eſt.

Wernerus de Bonlanden an. 1220. Ad Terram Sanctam menſe julio profecturus bona Fratrum Otterburgenſium in *Heſſloch* libera declarat & a quovis onere exempta. n. XLVI.

In Catalogo illuſtrium virorum p. 141. a Trithemio vocatur Philippus noſter: Vir in Divinis ſcripturis ſtudioſus & longa exercitatione peritus, ingenio promtus, vita & converſatione devotus. Scripſit ad ædificationem legentium non ſpernenda opuſcula, de qui-

quibus feruntur ſubjecta: Super Cantica Canticorum lib. I. Sermones quoque varii per circulum anni & de feſtis ad Fratres lib. II. Epiſtolas etiam complures ad diverſos ſcripſiſſe perhibetur. Alia nonnulla compoſuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Friderico II. an. Domini MCCXX. In Menologio Chryſoſtomi Henriquez Ciſterc. notatur ad diem 14. Decembris.

HERTWICUS

Philippo in Abbatia Otterburgenſi ſucceſſor datus rem œconomicam ſtrenue curavit, ſiquidem apud *Heinricum* VII. Regem effecit, ut is per diploma conceſſum *Lutræ* An. MCCXXV. publice recognoverit, eidem Cœnobio jus lignandi competere in *Waldmarke* &c. quo & gaudeant curtes ipſius. n. XLVII. Eodem Anno *Theodoricus de Heinzenberg* & uxor ejus *Beatrix* Comitiſſa Sylveſtris reſtituêre monaſterio *Otterburg* allodium *Bertolveswilre*. n. XLVIII.

Idem Abbas *Hertwicus*, *Eberhardum* Abbatem in *Horenbach* induxit, ut pro ſe ac ſucceſſoribus ſuis, prætenſo cui-

Digitized by Google

cuidam juri *in Dittelsheim* renuntiaverit. Teſtes inter plures Milites adhibiti reperiuntur *Volckmarus* de Altzeja, *Petrus* de Geſpunsheim, *Conradus* & *Wernherus* fratres de Heimersheim, *Eberhardus* de Sowelnheim, *Diedericus* de Epelnsheim, *Jordanus* & *Azzo* de Bertheim.

GERARDUS.

Sub hoc Antiſtite orta denuo circa jurisdictionem villæ *Erlebach* diſſenſio in brevi finem reperit; quandoquidem ea, quæ quondam *Otto* IV. Rex deſuper ſtatuerat, *Henricus VII.* ejus in Imperio ſucceſſor iterato confirmavit per diploma datum apud *Lutram* anno MCCXXXIV. n. XLIX. Hoc ipſo anno nonis februarii Idem Rex in protectionem ſuſcepit monaſterium *Himmelthal*, ſpecialiter concedens, ut quæcunque bona a Miniſterialibus ſive inbeneficiatis aut ſervis Regiis acquiſita & deinceps acquirenda eidem rata permaneant. In litteris Francofurti datis inter alios teſtes ſubſcriptus legitur *Gerardus* Abbas de Otterburc. *Gudenus Tom* 2. *p.* 64. ſq. Is quoque curiam Wormatiæ ſitam, quam *Rudewicus* Miles de

Flam-

Flamburn ante annos aliqot Cœnobio Otterburgenſi donaverat, laicis anno MCCXXXV. elocaſſe reperitur. Circa annum MCCXXXVII. Monaſterium *Horti ſ. Mariæ* vulgo *Kirſchgarten* extra ſuburbium meridionale Wormatienſe ſitum a piis Fundatoribus Virginum cœtui diſciplinam Ciſtercienſium profitenti inhabitandum fuit traditum; Hunc locum Abbas Otterbergenſis tam ſuo, quam ſucceſſorum nomine regendum ſuſcepit. *Schannat. hiſt. Wormat.* p. 170.

ULRICUS I.

Ut Curiam *Seidelhof* in *Alſenze* ſuo monaſterio legitime acquireret, a *Conrado de Wartenberg* conſenſum obtinuit an. MCCXLII. elapſo dein triennio ſubſecuta eſt venditio ſolemnis dictæ curiæ a *Conrado de Lichtenſtein* & uxore ejus *Agnete*; cui quoque acceſſit conſenſus *Waltheri de Drachenvels* uxorisque ejus, & demum in poſſeſſionem immiſſio. n. L. LI. LII. LIII. Eſt autem *Seidelhof*, *Sadelhof*, *Sedelhof*, *Sattelhof*, ſedes ac curia illuſtrium aut nobilium, in quibus gaudent ab antiquiſſimis temporibus immunitate a tributis & ſervitiis. Adeliche Sitze freye

Sattel-

Digitized by Google

Sattelhœfe, reperiuntur ædes præcipuæ & ampliores ſive curiæ in Urbibus a non Militibus poſſeſſæ, olim tamen forte a Militibus acquiſitæ. *Scherzius.*

An. MCCXLIX. *Ludovicus* Comes Palatinus Reni, Dux Bavariæ Eccleſiam in *Otterburg* ab omni theloneo, in omni loco, ubi dari ac recipi conſuetum eſt, liberam pronuntiat. n. LIV.

WALTHELMUS.

Incidit in turbidum illud tempus, quo quisque fas putaverat, in alterius bona & jura involare, pro lubitu ea invadere, ſibique contra latas etiam ſententias appropriare. Walthelmo igitur cum parthenone *Enckenbach* quartam *Waldmarcæ* partem prætendente armis juſtitiæ pugnandum fuit ut monaſterium *Otterburg* ſervaret ea, quæ omni jure debebantur illi. Hunc in finem an. 1250. *Embercho de Randecken* teſtatur, latam eſſe ſententiam in cauſa quartæ partis reddituum in *Waltmark* pro Otterburgenſibus contra Conventum in *Enckenbach*, id quod ſequentibus annis plures ſuis confirmabant elogiis. Lite tandem extincta, Enckenbacenſes injuſte percepta jubebantur re-

P ſtitue-

ſtituere *Otterburgo* n. LV. LVI. LVII. LVIII., quod interea temporis molendinum *Phuſt* haud procul a *Franckenthal* ex ultimis tabulis *Bertholdi de Ebeſtein* obtinuit, reſervato cenſu monaſterio Franckenthalenſi quot annis perſolvendo. n. LVIIII. *Walthelmus* ut eo majori quiete perfrueretur, ex Prædeceſſoribus ſuis *Philippum* imitatus, Otterburgenſe monaſterium cum univerſis poſſeſſionibus in Apoſtolicæ ſedis protectionem commiſit, teſte *Alexandri* IV. PP. bulla deſuper emanata ac data Laterani per manum *Guillielmi* Magiſtri ſcolarum Parmens. S. R. Eccleſiæ Vice-Cancellarii V. Kalend. Februarii an. MCCLV. Teſtes in eadem bulla ſubſcripti reperiuntur *Odo* Tuſculanus, *Stephanus* Præneſtinus, Epiſcopi. Frater *Johannes* tit. ſ. Laurentii in Lucina presbiter Cardinalis. Frater *Hugo* tit. ſ. Sabinæ presbiter Cardinalis. *Richardus* tit. ſ. Angeli, *Petrus* ſ. Georgii ad velum aureum, *Joannes* ſ. Nicolai in carcere Tulliano, *Ottobonus* ſ. Adriani Diaconi Cardinales.

An. 1256. *Embercho* & *Fridericus* Comites de Leiningen compoſitionem inter monaſterium *Otterburg* & illos de

War-

Wartenberg mediante *Philippc de Falckenſtein* circa uſum paſcuorum & Collectionem lignorum in *Waldmarck* & *Brando* factam habent, perſolutis *Merbodoni* & filiis ejus *Conrado* & *Wernero* centum & viginti libris hallenſium n. LX. LXI. Loquitur etiam de *Walthelmo* noſtro charta ſequens: Walramus Præpoſitus, Burchardus Decanus, Conradus Scholaſticus . . . Eccleſiæ Wormatienſis notum facimus . . . quod Henricus miles dictus Telonearius de Alzeia, religioſis viris Walthelmo Abbati de Odderburg vendidit bona ſua in Mergeſtat . .. cum igitur miles quidam dictus Schiles de Montfurt pro illis bonis Abbatem inquietaret, iisdem in noſtra præſentia renuntiavit . . . Teſtes: Dizo de Enzelentheim, Gerbodo de Muleboime milites. Datum an. Domini MCCLVII.

An. MCCLIX. *Gerhardus* Archi-Epiſcopus Moguntinus Cœnobium ſ. Diſibodi in moribus, diſciplina & facultatatibus collapſum ab Ordine Divi Benedicti ad monachos Ciſtercienſes transtulit. Litteras *Gerhardi* A. M. hac ſuper re ad *Walthelmum* noſtrum nono menſis Martii & Diſibodenbergenſium Conſenſus

ſenſus, fundationem novæ Vicariæ in æde Majori Maguntina &c. vid. ſub n. LXII. LXIII. LXIV. LXV. LXVI. *Confer. Joannis Spicileg. p. 150 ſq. & de Gud. T. II. p. 746.*

FRIDERICUS I.

Bona quædam a *Philippo* Milite de *Karlebach* acquiſiviſſe reperitur ad an. MCCLXI. Cumque in Curia Wormatiæ ad monaſterium ſuum ſpectante Oratorium condidiſſet in honorem ſ. Nicolai, illud a *Theodorico* Veronenſi Epiſcopo ritu ſolemni inaugurari curavit, anno MCCLXIII *).

*) *Theodoricus* Epiſcopus Veronenſis Ordinis Fratrum Minorum in partibus Rheni & in Thuringia munia exercuiſſe Pontificalia legitur — ſic de Eccleſia Cellenſi litteræ: Bonitate Divina & Apoſtolica Gratia Theodoricus Ordinis Fratrum Minorum Vironenſis Epiſcopus licet indignus conſtare cupimus univerſis preſentem paginam inſpecturis, quod nos auctoritate Venerabilis Patris ac Domini noſtri Archiepiſcopi Moguntinenſis Eccleſiam Cellenſem dedicavimus in honorem B. Philippi Confeſſoris &c. Actum Anno Domini MCCXLVIII. proxima Dominica poſt vincula Petri, Pontificatus noſtri anno ſecundo, præſentibus litteris perpetuo duraturis. *Gamans in MS.*

An.

An. MCCLXI. Die Dominica, qua Cantatur *Reminiſcere*, dedicavit Cappellam B. Annæ & ſ. Gangolphi in *Walckenried.* Sub protectione & banno Domini Archi Epiſcopi Moguntini, cujus vices gerimus . . . . Datum in Walckenride Anno Domini & menſe ſupradictis, Pontificatus vero noſtri anno viceſimo ſexto. *Leuckfeld Antiquit. Walckenrid. pag.* 90.

An. MCCLXX. primum Fratrum de monte Carmelo Francofurti ſacellum dedicavit. *Joannis Ret. Mog. T. II. p.* 422.

Fridericus Abbas jam anno præcedente curis ſuis effecit, ut *Reinhardus* Scultetus Lutrenſis & *Henricus de Hohenecken* monaſterio *Otterburg* conferrent facultatem circa paſcua & lignorum collectionem in *Waldmarcka* & *Brando*: quod & de nemoribus ſuis profeſſus eſt *H. de Hohenecken* & Scultetus Lutrenſis reſpectu Curiæ in *Rorbach*, qua ſuper curia anno 1266. cum *Wirico* Domino *de Duna* facta eſt compoſitio. n. LXVII. LXVIII. LXIX. LXX. LXXI.

JOANNES I.

An. MCCLXVII. Fr. *Joannes* Abbas de *Ottirburg* cum *Ottone* Schönaugienſi Abbate miſſus eſt ad Cœnobium *Fadenhu-*

denhuſanum (*Corona Virginum* tunc nuncupatum) ad inquirendum, an locus aptus eſſet, qui incorporaretur Ordini Ciſtercienſium ? Inquiſitione peracta, diffinitoque monialium numero Parthenonem regimini in regularibus commiſere Abbati in *Arnsburg. vid, de Gudenus Tom. III.* p. 749. Anno ſequente Otterburgenſes cum Abbatia Wadegotia ratione cenſus duodecim maldrorum ſiliginis decimarum loco iniere Concordiam. n. LXXII. *Cl, de Widder loc. cit. T. IV.* p. 219.

GODEFRIDUS.

An. MCCLXXII. *Wernerus* dictus *Colbo de Wartenberg Godefrido* Abbati & Conventui in *Otterburg* conceſſit intuitu curiæ ſuæ in *Rorbach* animalia ad monaſterium pertinentia in *Waldmarcha* & *Brando* paſcendi & ligna colligendi. *n. LXXIII.* Eodem anno *Wolframus de Lewenſtein* cum *Demude* conjuge ſua profitetur, ſe nihil juris habere ratione bonorum in *Alſenzen* monaſterio *Otterburg* divenditis. *n. LXXIV.* Anno ſequente *Rudolphus* Rex jubet id, quod monaſterio *Otterburg* in ſilva *Waldmarcha* competit, poſitis lapidibus

Digitized by Google

bus diſtinquere. Monaſterii privilegia & pactiones initas confirmat. n. *LXXV*[a]. *n. LXXV*[b]. *LXXVI.*

Idem Rex eodem anno Commiſit F. Comiti de Leiningen, ut monaſterii Otterburgenſis perſonas & res, in ſpecie in ſylvis *Waldmarcha &c.* manuteneat & defendat. *n. LXXVII.* Eodem quoque anno *Hohenfelſii* in judicio obmoventes uxorem *Werneri de Wartenberg Agnetem* habere dotalitium in ſylvis *Waldmarcha* & *Brando*, nil obtinent. *n. LXXVIII.*

An. MCCLXXV. *Emicho* Epiſcopus wormatienſis teſtatur literis de bonis in Mergeſtat Abbatiæ Otterburgenſi ab *Egidio* Milite *de Monfort* ſolemniter reſignatis. *n. LXXVIIII.* Die januarii decima nona *Sifridus* Præpoſitus Majoris Maguntinenſis providit liberaliter, ne bona Otterburgenſia in *Oberh imbach* ſervitiis prægravarentur. *num. LXXX.* Ejusdem anni die vigeſima quinta julii *Wilhelmus* Cuſtos Wormatienſis conſentit in venditionem bonorum in *Alſenz* monaſterio *Otterburg* factam. *n. LXXXI.*

Anno *MCCLXXVI. Conradus de Wartenberg* litteris notum facit & profitetur,

fitetur, ſe poſſe tantum pro tempore vitæ ſuæ ligna ſecare in Sylva *Kahlenberg* monaſterio *Otterburg* propria. n. *LXXXII.* — *Reinhardus & Heinricus de Hohenecken* promittunt Abbati & Conuentui in *Otterburg* in diviſione nemorum *Waldmarcken* &c. futuros eſſe paratos. *n. LXXXIII.* — *Conradus & Wernerus Colbo* fratres *de Wartenberg* vendunt Otterburgenſibus ſilvas *Waldmarck* & *Brand* cum omnibus ſilvarum proventibus proprietatis jure poſſidendas. n. LXXXIIII. — *Conradus* Miles *de Wartenberg* cum uxore ſua *Agnete* recognoſcit, ſe partem decimæ in ſilvis *Waldmarck* & *Brando* Otterburgenſi monaſterio vendidiſſe. n. *LXXXV.* — *Emicho* & *Fridericus* Comites *de Leiningen* conſentiunt & teſtantur circa venditionem *Waldmarck* & *Brando* a Wartenburgenſibus monaſterio *Otterburg* factam n. LXXXVI. — *Conradus* Miles de *Wartenberg* & ejus uxor *Agnes* profitentur ſe bona in *Mittelrorbach* &c. cum conſenſu Regio vendidiſſe monaſterio O. *n. LXXXVII.* *Conradus* & *Wernherus* fratres *de Wartenberg* declarant, omnes literas ſuper venditione *Waldmarck &c.* a quocunque

que contra Otterburgenſes prolatas nullius eſſe roboris atque momenti n. LXXXVIII. — *Rudolfus* Romanorum Rex pridie idus Aprilis confirmat venditionem bonorum in *Mittelrorbach* &c. a *Conrado* & *Agnete de Wartenberg* Otterburgenſibus factam. *n. LXXXIX.* — *Wiricus Dominus de Duna* ratam habet & gratam diviſionem ſilvarum *Waldmarck* &c. cum monaſterio *Otterburg* factam. *n. XC.* tandem hoc anno ſubſecuta eſt pronuntiatio & declaratio jurium monaſterii O. circa nemora *Waldmarck* &c. per *Rupertum Comitem de Baumenburg* hirſutum. *n. XCI.*

ULRICUS II.

Proditur is in charta, qua Sapientia Prioriſſa & Conuentus ſ. Lamperti teſtantur, quod *Agnes* relicta *Conradi de Lichtenſtein* recognoverit, ſe nihil juris habere in bonis monaſterio *Otterburg* venditis in *Alſenze*. Dat. 1277. in die beatæ Agnetis Virginis. *n. XCII.*

Idem atteſtatur *Agnes* relicta *Conradus de Lichtenſtein* & *Conradus* filius, provocatque ad litteras judicum ſanctarum ſedium Moguntinæ & Wormatienſis. n. XCIII. XCIV. XCV.

Hoc eodem anno *Conradus Miles de Wartenberg* litteris teſtimonialibus, affirmat, lapides terminales in *Waldmarck* & *Brando* poſitos eſſe ſe ſciente & cooperante. *n. XCVI.*

Chronicon Wormatienſe ad hunc annum notat, quod *Eberhardus* I. ex Comitibus hirſutis Vangionum Epiſcopus curarum ac laborum ſuorum metam repererit apud montem Peſſulanum, ibidem morte interceptus in reditu ex urbe anno MCCLXXVII. die X. Kalendas Aprilis. Cadaver honorifice Wormatiam primum, inde in Otterburgenſe cœnobium transferri, ac eo loci ſepulturæ mandari curavit ſupremæ voluntatis defuncti executor *Fridericus* Spirenſium Epiſcopus.

HENRICUS I.

An. MCCLXXIX. *Heinricus* dictus, *Hohenecken* Comitem *Fridericum de Leiningen* rogat, ut fide juſſor exiſtat ob bona monaſterio Otterburgenſi vendita. *n. XCVII. XCVIII.*

Hoc anno *Reinhardus de Hohenecken* ſupplicat *Rudolpho* Roman. Regi, ut approbet litteras Otterburgenſibus

ſuper

Digitized by Google

ſuper paſcuis in *Waldmarck* &c. datas. *n. XCIX.*

Decima quinta Maji Decano & Capitulo Eccleſiæ Maguntinenſis Abbas & Conuentus in *Otterburg* declarant, ſeſe annis ſingulis in ſolemnitate beati Martini Præſulis eximii duas libras ceræ ponderis Maguntini eſſe oblaturos, eo quod per *Gerhardum* Archiep. pro ſublevamine monaſterii indigentiæ beneficium parochialis Eccleſiæ ſancti Albani obtinuerint. *n. C.*

Antiquiſſimus Familiarum lapis ſepulchralis in Eccleſia Otterburgenſi hanc refert inſcriptionem.

ROBERTUS COMES IRSUTUS DE BOINBURG V. IDUS JULII MCCLXXXI.

An. MCCLXXXII. *Rudolphus* Rom. Rex confirmat venditionem curiæ in *Mittelrorbach* &c. ab *Henrico de Hohenecken* & *Margaretha* uxore ſua monaſterio Otterburgenſi factam *n. CI. CII.*

An. MCCLXXXIII. Tres *Hirſuti Comites* ac fratres Germani *Symon*, *Heinricus* & *Emicho* charta teſtantur ſuper bonis monaſterio Otterburgenſi a ſe venditis. *n. CIII.*

An.

An. MCCLXXXIV. die 2. Februarii *Wiricus* & *Cunegundis* ejus collateralis *de Duna* vendunt partem ſuam nemorum *Waldmarck* &c. Otterburgenſibus. *n. CIV.*

Eodem anno *Walramus* Præpoſitus Wormat. dimidiam partem bonorum ſuorum in Abenheim legat Otterburgenſi monaſterio. *n. CV.* Kalendis Decembris hujus anni *Rudolphus* Rom. Rex litteris *Lutræ* datis venditionem ſub n. CIV. memoratam confirmat. *n. CVI.*

G.

Duas infra proferimus litteras, ſola hac littera ſignatas, quin integrum Abbatis nomen huc usque detegi potuerit.

An. MCCXCIII. Fr. G. Abbas & Conuentus in *Otterburg* faſſi ſunt, ſeſe Legatum *Wilhelmi* plebani in *Diepach* ad refectionem Conuentus prædicti factum rite adimpleturos eſſe. *n. CVII.*

An MCCXCV. *Rudolphus* Comes Palatinus Rheni libertatem a theloneis ſuis prius jam conceſſam monaſterio in *Otterburg* datis litteris innovat *n. CVIII.*

An.

Digitized by Google

An. MCCXCVII. G. Abbas in Otterburg notum fecit, quomodo LXV. libræ hallenſ. quas monaſterio legavit *Godefridus de Randeck* pro comparandis redditibus *ad Solatia* ſint applicatæ. *de Gudenus. Tom. III. pag.* 1184.

An. MCCXCVIII. promulgatum eſt arbitrium *Johannis de Randecke* circa bona in *Gundersheim* & *Onesheim* inter Abbatem de *Otterberg* & *Heylmannum Zimmerer* &c. litigioſa. *n. CIX.*

In Eccleſia ibidem reperitur lapis cum epigraphe:

ANNO DOMINI MCCXC NONO. XVIII. KAL. MAJI O. PIE MEMORIE DNS WERICUS JUNIOR DE DUNA.

Pridie idus Junii Conſulatus Lutrenſis circa jura ſilvarum *Brant* & *Waldmarck* arbitratus eſt: Standum eſſe pro litteris & documentis monaſterii Otterburgenſis. *n. CX.*

JOANNES II.

An. MCCC. *Adelheidis* Abbatiſſa monialium ſancti Spiritus apud *Alzejam* reſignat Abbati in *Otterburg* molendinum in *Biſcovesheim. n. CXI.*

An.

An. MCCCIII. *Heinricus* & *Heinricus* fratres *Boſſche* de *Uffinheim* vendunt monaſterio in *Syon* bona in *Offenheim. n. CXII.*

Octavo idus Decembris *Gerhardus* Archiep. Mog. monaſterio in *Otterburg* parochiam in *Alſenze* incorporat cum Conſenſu Archidiaconi ſ. Victoris *n. CXIII. CXIV.*

ANNO DNI MCCCIIII. IIII. NONAS FEBR. O. DNA ISIGARDIS UXOR WIRICI JUNIORIS DE DUNA, ita lapis ſepulcralis in Eccleſia Otterburgenſi.

Eodem anno incorporationi paulo ante dictæ acceſſit conſenſus Capituli Majoris Mog. & monaſterium O. ſe obligavit in animi grati memoriam, in feſto ſ. Martini duas libras ceræ Moguntiæ oblaturum. *n. CXV. CXVI.*

In Octava paſchatis *Rudolphus* Comes Palatinus Rheni curiam monaſterii Otterburgenſis in *Alſenze* liberam pronuntiat. *n- CXVII.*

Anno MCCCV. *Otto de Bruchſella* Dominus de *Bolandia* permutat feodum, quod a ſe tenebat *Herbordus* de *Dalsheim. n. CXVIII.*

Quieſ-

Quieſcunt in Eccleſia Otterburgenſi, ut lapides loquntur,

MARGARETHA UXOR GEORII IRSUTI COMITIS X. KAL. JULII MCCCVII.

ANNO DNI MCCCVII. VI. KAL. DECEMBRIS O. DNA KUNIGUND. UXOR DNI WIRICI DE DUNA, Notant Cl. Socii Academici peregrinantes: Sub uno lapide quieſcunt *Wiericus*, *Melchior* & *Philippus de Dhun* pater, filius & nepos, Comites & Domini de *Valckenſtein*, teſte inſcriptione lapidis vernacula. *Wiericus* Obiit die I. Maji an. 1501. *Melchior* die I. Septembris an. 1517. & *Phillippus* die 15. Febr. 1530.

Georius Comes Irſutus de Stolzenberch V. Idus Februarii MCCCIX.

An. MCCCX. Conventus in *Franckendal* exonerat a Solutione X. maldrorum ſiliginis de molendino dicto *Phuſt Mülen* monaſterium *Otterburg. n. CXIX.*

Joannem Abbatem indicant litteræ cujusdam contractus cum Capitulo Eccleſiæ ſ. Pauli Wormatienſis ex parte Conventus Otterburgenſis An. MCCCXIII. initæ interveniéntibus *Eberhardo* de *Ran-*

Randeck Sculteto in Oppenheim, *Jacobo de Didensheim*, *Cunemanno de Lorswilre* Militibus.

An. MCCCXIV. datæ ſunt litteræ duarum librarum hallenſium ſuper curia Dominorum in *Otterburg* ſita inter ſellatores *Wormatiæ. n. CXX.*

An. MCCCXV. lis inter *Heynonem de Geyspolsheim* & Abbatiam *Otterburg* de bonis prope *Steden* ſitis compoſita eſt. *n. CXXI.*

An. MCCCXXIII. *Eberhardus de Randecken* jus patronatus in *Offenheim* transfert in Otterburgenſes cum conſenſu Archidiaconi ſ. Victoris. n. CXXII. CXXIII.

Anno ſequente diſcordia diu ventilata circa judicia *Erlebach* & *Morlautern* tandem finitur pro favore monaſteriorum *Otterburg* & *Lautern*. n. CXXIV. & Kal. Aprilis *Mathias* Archiep. Mog. univit Eccleſiam parochialem in *Albich* monaſterio Otterburgenſi. n. CXXV.

III. nonas Aprilis Capitulum Moguntinum aſſenſum præbuit pro incorporatione dictæ Eccleſiæ parochialis in *Albechen* monaſterio Otterbergenſi facta

Digitized by Google

facta & in gratiarum actionem ſpondet monaſterium oblationem annuam duarum ceræ librarum n. CXXVI. CXXVII.

HENRICUS II.

An. MCCCXXVI. Littera pœnalis Dominorum de Otterburgh occaſione certorum anniverſariorum a *Mechtilde* dicta *de Lutra* ſundatorum & in perpetua futura tempora ſervandorum. n. CXXVIII. legitur.

An. MCCCXXVII. Capitulum Majus Moguntinum conſenſum impertitur in incorporationem Eccleſiæ parochialis in *Uffenheim* monaſterio Otterburgenſi factam. n. CXXVIIII.

ANNO DNI M.CCC.XIX. V. KAL. NOVEMB. O. DN. HEINRICUS DE HOHENVELS, qui requieſcit in Eccleſia Otterburgenſi.

Abbas noſter *Henricus* anno MCCCXXX. Obtinuit a *Ludovico* Imperatore, quorundam cœnobii ſui jurium confirmationem. vid. *n. CXL.*

Eodem anno *Clara* Abbatiſſa Monaſterii *Horti ſ. Mariæ* (vulgo *Kirſchgarten*) Wormatienſis bona quædam in *Nitteſheim* de conſenſu *Henrici* Abba-

tis alienaſſe reperitur. *Schannat. H. W.* p. 171.

PETRUS I.

An. MCCCXXXV. judices Pacis ad Rhenum tulere ſententiam in cauſa Abbatiæ Otterburgenſis contra *Hermannum de Hohenfels* in cauſa curiæ Münch. biſchoffsheimenſis. *n. CXLI.*

Anno MCCCXXXVII. *Petrus* Abbas Capitulo Moguntino dat litteras recognitionis pro obtenta incorporatione Eccleſiarum in *Nierſtein* de dandis duobus talentis ceræ ad fabricam Ejusdem in feſto beati Martini Epiſcopi. n. CXLII.

DOMICELLUS GEORIUS FILI. GEORII YRSUTI COM, IN DIE S. STEPHANI PROTOMAR. MCCCXXXVIII. tumulo illatus eſt in Eccleſia monaſterii Otterburgenſis.

An. MCCCXXXIX. lata eſt ſententia circa jus patronatus Eccleſiæ in *Offenheim* inter moniales de Paradiſo in *Mauchenheim* & inter Abbatiam Otterburgenſem controverſum. n. CXLIII.

Circa idem tempus Hirſuti Comites monaſterio in Otterburg cedunt bona in *Gundramsheim* dicto monaſterio vendita. CXLIV.

PHI-

Digitized by Google

PHILIPPUS II.

HEINRICUS IRSUTUS COMES DE BEINIBURG MCCCXL. requiem invenit in Eccleſia Otterburgenſi.

ELISAB. UXOR HEINRICI IRSUTI COMITIS JUNIORIS DE BEIMBURC KAL. SEPTEM. . . .

J. COMES IRSUTUS DE NANNES STUL IN VIGILIA OMNIUM SANCTOR. MCCCXLI. IBIDEM REQUIESCUNT.

An. MCCCXLVI *Wernerus Colbo de Lumersheim* declarat circa bona & jura in *Rorbach* Otterburgenſibus vendita, procedendum eſſe juxta eorum litteras & documenta. n. CXLV.

An. MCCCXLVIII. Decanus Collegii ſ. Andreæ Wormat. conſervator jurium monaſterii *Otterburg*. citat Carlebacenſes ob ſpolia inlata monaſterio præfato. n. CXLVI.

Craſtino beati Michaelis Archangeli *Fridericus de Leiningen*, Præpoſitus Wormatienſis & alii pronuntiant circa *Waldmarck* &c. inſiſtendum documentis Otterburgenſium. n. CXLVII.

Philippus Abbas quædam monaſterii ſui bona *Dizoni de Wachenheim* &

Irlindi ejus conjugi oppignoraſſe reperitur. Anno MCCCLIII.

PHILIP. IRSUT. COMES DE NOVA BEIMBURG IN DIE SIMONIS ET JUD. AP. MCCCLIX. terræ mandatus eſt in Eccleſia Otterburgenſi.

Huc pertinet littera ſuper decem maldra ſiliginis ratione molendini *Phuſt Müle* monaſterio in *Franckenthale* annuatim ſolvenda. n. CXLVIII.

NICOLAUS.

Abbas & Conventus Otterburgenſis an. MCCCLXX. litteris fatentur beneficium ſibi per Wildgravium indultum erga anniverſarium &c. n. CXLIX. Aliud anniverſarium an. MCCCLXXIII. inſtitutum legitur n. CL.

An. MCCCLXXVI. *Rupertus I.* Comes Palatinus litteris affirmat, ſe in gratiam rediiſſe cum Civitatibus *Moguntia*, *Wormatia* & *Spira*, quæ cum Comite *Emichone de Leiningen* belligerantes ſubditis Palatinis & monaſteriis in hiſce terris occurrentibus, magna intulere damna. Inter monaſteria memoratur quoque *Otterburg.* Acta Academiæ *Theodoro-Palatinæ Tom. VI. p.* 355.

An.

An. MCCCLXXIX. *Rupertus* Comes Palatinus Rheni monaſterium *Otterburg* denuo liberat a theloneis. n. CXLIX[a].

FRIDERICUS. II.

An. MCCCXC. *Rupertus* junior Comes Palatinus monaſterio Otterburgenſi priſtinam a theloneis ſuis libertatem confirmat. *n. CLI.*

An. MCCCXCV. *Fridericus* Abbas & Conventus in *Otterburg* mutuum cum *Diethero* Camerario de Wormatia contractum ineunt. *de Gud. Tom. V.* p. 742. ab *Henrico Wilhelmo Antonio Buri edito. n. CLII.*

Anno mox ſubſequente *Sifridus* Senior Arbitrorum præſes cenſet circa ſylvas *Walthmarka* &c. pronuntiandum eſſe a ſcabinis ſecundum documenta & litteras Otterburgenſium. *n. CLIII.*

CONRADUS.

Occurrit ejus mentio in diverſis litteris emphyteuticis aliisque contractibus ad annum MCCCCXVI. Forſan is idem eſt *Conradus de Binnighen*, qui occurrit in Sammarthanorum Gallia Chriſtiana Tom. V. & fertur ex Mulbrunnenſi monaſterio poſtulatus.

Digitized by Google

An. MCCCCXXVI. Villam *Hilſperg Ludovico* Comiti Palatino vendit Abbas Otterburgenſis. *n. CLIV.*

An. MCCCCXXXI. Fratres Auguſtiniani Heidelbergenſes emunt a *Conrado* Abbate & Conventu in *Otterburg* cenſum annuum in *Ormsheim. n. CLV.*

PETRUS II.

An. MCCCCXLII. Monaſterium Otterburgenſe elocat bona in *Bibelnheim, n. CLVI.*

An. MCCCCLXVII. *Petrus* Abbas cum Conventu ſuo conſtituit ſcabinorum judicium in *Erlenbach*, *Reichenbach* & *Gerſtweiler &c. n. CLVII.*

An. MCCCCLXIX, Otterburgenſes cum parocho in *Neunkirchen* compoſitionem ineunt ratione avenæ, vulgo holtzhaber deinceps perſolvendæ. *n. CLVIII.*

An. MCCCCLXXIX. deciſa eſt controverſia inter Abbatem & inter Scultetum & Communitatem in *Bibelnheim. n. CLIX.*

Anno eodem *Philippus* Comes Palatinus Rheni privilegia Otterburgenſis monaſterii a *Ludovico, Rudolpho, Ruperto*

Digitized by Google

perto & *Ruperto* conceſſa confirmat. *n. CLX.*

Inter poſſeſſiones monaſterii Otterburgenſis numerabatur Capella ſ. Mauritii Ciſtercienſium in *Weiſſenburg*, ut notavimus in ſubſidiis Diplomaticis, T. X. p. 283. & 286.

JOHANNES III.

Abbas iſte ordinat judicium ſcabinatus in *Erlenbach*, *Gersweiler* & *Reichenbách*, a *Johanne de Flersheim* ſatrapa Lutrenſi & *Joanne Odenwalt* ſcriba Provinciali tuendum. *n. CLXI. CLXII.* an. MCCCCLXXX & MCCCCLXXXVII. quo etiam Præpoſitus Eccleſiæ ſ. Victoris Mogunt. teſtatur ſuper incorporatione parochiarum *Offenheim* & *Alſenzbruck* facta. *n. CLXIII.*

PIRMINIUS.

Hic ab anno MDV. usque in annum MDXX, quibus monaſterio præfuiſſe reperitur, concreditæ ſibi curæ utilis fuit; nam an. MDVIII. obtinuit a *Ludovico* Comite Palatino litteras monaſterii protectorias & libertatum confirmatorias. *n. CLXIV. CLXV.*

An. MDXV. Cum *Joanne Bolen de Ruprechsberg* & *Odilia* nobilibus conjugibus iniit contractum Abbatiæ Otterburgenſi proficuum. Mentio ejusdem recurrit Tom. I. p. 344. Diœceſis Moguntinæ in Archidiaconatus diſtinctæ.

WIGANDUS.

Prædeceſſoris ſui fideliter inhœſit veſtigiis. An. MDXX creatus Abbas, obtinuit a *Carolo* V. Confirmatorium omnium monaſterii ſui privilegiorum. Dat. *Eſſlingen* menſe Martio AN. MDXXVI. Aſtitit præterea an. MDXXXIX. ſolemni inaugurationi *Joannis* Abbatis Eberbacenſis in Rhingavia & hujus ſucceſſoris Andreæ An. MDXLI. vitamque produxit usque ad An. MDLIX. ac forſan ulterius.

WENDELINUS.

Occurrit ad annum MDLV. quo electioni *Palladis* in Abbatem Erbacenſem præſens interfuit; triſtibus omnino fatis poſtmodum in prædam datus, nam orto gravi Religionis diſſidio ſedem ſuam anno MDLXI. Sub *Friderico* III. Palatino Comite Rheni *) ac una cum Cœnobitis ſuis exulare coactus eſt, Obiitque

que Abbatum Otterburgenſium ultimus ſepulturam nactus *Wormatiæ* in periſtylio Eccleſiæ Collegiatæ ſancti Andreæ addita hac epigraphe:

*) ANNO DOM. MDLXI. DIE ULTIMA OCTOBRIS OBIIT R. D. WENDELINUS ABBAS IN OTTERBURG CUJUS ANIMA REQUIESCAT IN PACE.

In Gallia Chriſtiana Sammarthanis Auctoribus edita Tom. V. refertur

PETRUS WILHELMUS

qui an. MDCXXXIV. titulum Abbatialem adeptus eſt reſtituto per militem Hiſpanum monaſterio. Deinde per proviſionem Abbatis Lucellenſis

GASPAR JONGELINUS.

Abbas Euſſerthalenſis hanc Abbatiam moderatus eſt, usque dum an. MDCXLVIII. Princeps Palatinus eam denuo occupavit.

Præter alias poſſeſſiones immenſas in ſylvis, paſcuis, villis, curiis, juribus &c. reditus hujus monaſterii in charta antiquiori ſic annotantur:

Pecuniæ 1609. fl. — vini — ſiliginis 349 maldra — hordei 2. maldra —

ſpeltæ 69. maldra. — avenæ 718. maldra. — capones 41 — gallos gallinaceos 44 — gallinas 75 — anſeres 2. ceræ libras 22. &c.

*) Ordinationes circa monaſterii nemora factas is an. MDLXVII. confirmavit. *n. CLXVI.*

Coronidis loco hic additur Eccleſiæ Otterburgenſis valde inſignis, prout eſt ſubminiſtrata mihi deſcriptio:

Die mit groſen und harten quadderſteinen in - und auswändig durchaus aufgefürte herrliche Kirch iſt in form eines Kreuzes gebaut. Der haupt eingang iſt gegen Weſten, der chor gegen Oſten.

Auf jeder Seite des Langhauſes ſtehen zehen viereckigte pfeiler, worauf die Kirch und nebengebäude ruhen. Ein jeder pfeiler iſt zehen deutſche werckſchuhe breit. — die Länge der ganzen Kirch betragt 263. ſchuhe. Die breite von pfeiler zu pfeiler 34. ſchuhe. — Der quergang des Kreuzes am Chor 121 ſchuhe in der länge und 34. in der breite.

Von den nebengängen der Kirch, welche bey nahe halb ſo hoch als die Kirch gewölbt und mit beſondern dächern

chern verſehen ſint, iſt jener zur rechten bis an den querbalcken des Kreużes 180. ſchuhe lang und 15. breit. jener zur linken hand iſt ſo lang als der vorige, aber nur 12 ſchuhe breit, die gantze breite des langhauſes, pfeiler und nebengänge mit eingeſchloſſen, betragt 81. Schuhe. Die höhe der Kirch hat ohngefer 100 und die mauerdickung 8 1/2 ſchuhe.

Die Kirch hatte fünf eingänge, wovon drei dermalen zugemauert ſind.

1. Der ſchon oben gemeldte haupteingang von Weſten.

2. Ein kleinerer am ende des quergangs des Kreuzes gegen abend. die drey folgende ſind mit mauren geſchloſſen.

3. Dieſer iſt der ſo eben n. 2. beſagten grad gegen über.

4. Dieſer ehemalige eingang war lincker hand der hauptthür und fürte in den nebengang der Kirche.

5. Dieſe iſt ohnweit des haupteingangs rechter hand in den nebengang gegen

Digitized by Google

gegen die breite der Kirch. Folgende zwey worte:

MEMETO CVNRADI

lieſst man ober der thür des haupteingangs von Weſten. Daſelbſt ſind zeichen, das ein verſchloſſener vorplatz da kann geweſen ſeyn. Ob aber unter dem namen CVNRAD der damal von 1138 bis 1152. Regirende deütſchlands König Conradus III. oder ein Otterburger Abt, oder ein anderer gutthäter dieſes namens verſtanden werde, iſt noch zu entdecken.

XXXVI.

Concambium inter Philippum Colonienſem Archi-Episcopum & Stephanum primum Abbatem Otterburgenſem.

Philippus Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archi-Episcopus &c. notum palamque volumus, quod nos Domino *Stephano* Venerabili & primo Otterburgenſis cœnobii Abbati ſuisqué ſucceſſoribus illius Eccleſiæ cenſus provenientes de hœreditaria terra, quæ pertinet ad eccleſiam *Otterburc* in villa *Biſchoffesheim*, qui noſtri juris erant, ſed

ſed eos *Wernherus de Bolande* a ſede noſtra in beneficio tenebat ab ipſo *Wernhero,* qui prædii ipſius advocatus, erat, ex conſilio & beneplacito totius familiæ noſtræ abſolutos, contradimus aliamque terram paris utilitatis ejusdemque taxationis a predicta Otterburgenſi Ecclesia accepimus. Et ne hujusmodi Concambium utriusque partis conſilio compactum, aliquam refragationis peſtilentiam patiatur, confirmationis paginas damus & accipimus. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCLXXIII. in civitate Wormatia, Anno Archiepiscopatus noſtri VI. Teſtes: *Arnoldus* Trevirenſis Archiepiscopus, *Conradus* Wormatienſis electus, *Rapoto* Spirenſis electus, *Godefridus* Cancellarius Imperatoris, *Wortwinus* Notarius. *Emicho* ſ. Pauli in Wormatia Præpoſitus, *Gernoldus* Maſoris Eccleſiæ in Wormatia Decanus. De Laicis vero: *Wernherus de Bolanden*, Comes *Emicho de Liningen*, Comes *Heinricus de Dietſe*, *Waltherus de Huſen*, *Gerardus* Major Advocatus Coloniæ & alii plures.

XXXVII.

Digitized by Google

XXXVII.

Qualiter prædium in Erlenbach ad monaſterium Otterburgenſe pervenerit.

In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis Patris & filii & Spiritus Sancti. *Stephanus* Dei gratia Abbas in *Otterburg*: ad noſtrum ſpectat officium, utilitati Eccleſiæ noſtræ providere, & futuros calumniatores evidenti ratione excludere. Notum eſſe cupio quibusque fidelibus, quod Dominus *Degenhardus* miniſterialis Imperatoris, amitæ meæ filius, qualiter Eccleſiæ noſtræ prædium noſtrum ſibi a parentibus ſuis, jure hæreditario de relictum in *Erlenbach*, donaverit. Hic itaque monachus apud nos factus ſemetipſum atque idem prædium ſanctæ Mariæ, & nobis donavit legitima traditione, & in eadem voluntate, & opere manſit annis quinque. poſtea vero inſtabilitatem animi ſui ſecutus & regularis diſciplinæ rigorem abhorrens, a nobis diſceſſit & *Enckenbach* ſe contulit, prædium, quodjam non ſuum, ſed noſtrum illi loco ſecundò tradidit. Habebat autem quondam fratrem *Arnoldum* nomine, qui ſeductus a *Brunichone* avunculo ſuo præfatum præ-

præbuit, pro iſto illis tradidit. Cumque tali occaſione prædium noſtrum niteretur ſibi vendicare; coacti ſumus juſtitiam de eo interpellare, & tam ipſe, quam Dominus *Genther* anathemate eliminati ſunt ab Eccleſiaſtica communione. Qui cum aliquantisper maneret in ſua obſtinatione; tandem in ſe reverſus, & acceptis duobus talentis, prædium nobis reſtituit, unde a ſententia ex communicationis abſolvi meruit, poſtea vero videns, quod prædium ſuum, quod pro iſto in concambio dederat, recuperare non poſſet, iterum prædium noſtrum invaſit unde reiterato excommunicari promeruit poſt aliquantulum vero temporis in *Rohrbach* eſt conſtitutum ad quod conveniunt Dominus *Merbodo Wolframus*, *Eberhardus*, & *Ebrecho de Crucenacha Godefridus de Spiesheim*, & alii Nobilium plures. Cumque ibidem ſuper hac re longa eſſet concertatio, tandem nos ad hoc induxerunt præfato *Arnoldo* octo talenta argenti daremus, quæ cum duobus talentis imprimis computatis decem fuerant, ut ille ibidem præfatum prædium nobis pacifice reſignarit, ita, ut deinceps nunquam ab eo, vel aliquo hæredum ſuorum

rum querimonia immutetur, ut autem omnis occaſio. querelæ de medio tolleretur, dedimus etiam *Cunoni de Genther* genero ſepe dicti *Arnoldi* quindecim ſolidos, & *Eckeberto de Lutra* itidem genero tantundem; *Johanni* filio ipſius decem ſolidos, *Wernehro* alteri filio Caballum unum.

XXXVIII.

Limites prædii, in quo Otterburgenſis Eccleſia ſita eſt, lapidibus conſignantur.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego *Albero*, ſecundus abbas de *Otterburg*, & ejusdem loci ſacræ religionis Conventus, notum eſſe cupimus univerſis chriſti fidelibus, tam futuris quam præſentibus, qualiter de prædio domus noſtræ, in quo Eccleſia noſtra ſita eſt, inter nos, & vicinos noſtros plerumque plurima diſſenſſio facta eſt, extiterunt enim quidam perverſæ voluntatis homines, & terminos noſtros, tam violenter, quam fraudulenter manu tenenda, præripere conati ſunt ſuos ampliando noſtros vero cohartando, unde nos diſſenſſionis hujus moleſtiam a poſ-

ſeſſio-

ſeſſionibus noſtris præcidere, & amputare cupientes, neceſſarium duximus, ad tale negotium manus apponere, & ad ampliorem ſecuritatem, & perpetuam poſteritatis noſtræ pacem, in hoc quoque ſicut & in ceteris utilitatibus Eccleſiæ noſtræ debita cum memoria providere, collectis itaque in hujus operis executionem perſonis fidelibus & idoneis, tam Eccleſiaſticis, quam Laicis, venerabili fratre *Gebenone* abbate de ſancto Lamberto, *Merbodone de Bilenſtein* cum filiis ſuis, *Ulrico* clerico, *Merbodone*, *Wernehro*, *Henrico*, *Merbodone* & filio fratris ejus *Henrico* clerico, *Hunfrido de Falckenſtein*, *Landolpho de Wylenſtein*, cum filiis ſuis *Heinrico*, & circum habitantis populi turba quam plurima pro teſtimonio in id ipſum congregata, prædii noſtri ter. minos, & fines circumivimus, & perambulavimus, noſtraſque poſſeſſiones ab alienis cum conſenſu collectæ plebis ad amputandam fibram diſcordiæ inter nos, & vicinos noſtros celebri memoria diſterminavimus, prædictas etiam poſſeſſiones noſtras, tam in nemoribus, quam in agris, cultis & incultis, & cum omni utilitate nobis ex debito provenientē

Digitized by Google

niente certis limitibus & metis hinc inde diſpoſitis, conſignavimus, & ſupra dicta abbatis ſancti Lamberti, cui plurimum contigui noſtræ poſſeſſionis ſunt termini, manu, & ſigillo, & ejusdem loci ſanctæ congregationis authoritate confirmavimus; duo privilegia inde conſcribentes, & unum in noſtro, alterum vero in eorum ærario pro teſtimonio reponentes. Per diſterminationem autem iſtam uſuario & juri noſtro, quod habuimus ab antiquo in *Waltmarken* & in *Brando*, non renuntiavimus, maxime cum de proprio noſtro prædio manſum qui vocatur wenchels-ſuuanden addidimus ad *Waltmarcken*, ut quod ſpeciale fuerat, commune eſſet, ſi qua ergo eccleſiaſtica vel laicalis perſona, hoc factum noſtrum auſu temerario reſcindere, aut commutare, aut in aliquo eccleſiam noſtram moleſtare attentaverit, iram Dei omnipotentis incurrat, & divino Judicio correpta temeritatis ſuæ auſum perficere nequeat. Teſtes ſunt horum de *Nunkirchen Rudolphus* & frater ejus *Johannes*, *Heinricus*, & filius ejus. *Otto de Rohrbach*, milites *Albero de Santbach Bertoldus Gigas*, *Albero de Balbornen*, de curia *Alſenzen*

Digitized by Google

zen Gerlip Hydebold, *Wolffram Sigebrecht* de medio *Rorbach*. *Fridericus Volmarus*, *Wignant Meſridus*. Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo octuageſimo quinto. Indictione tertia, ſub venerabili Papa *Lucio* regnante glorioſo Romanorum Imperatore *Friderico*.

XXXIX.

Erlenbach &c. ab omni nexu feudali liberatur. &c.

C. in nomine ſanctae & individuae Trinitatis: *Otto* quartus divina favente clementia Romanorum Rex & ſemper auguſtus, apud Regem Regum nobis credimus profuturum, ſi religioſis viris providerimus, ut in pace & quiete die noctuque Majeſtatis illius aſſiſtant vultui, cujus omnes nos neceſſe eſt aſtare tribunali. quapropter notum facimus univerſis regni noſtri fidelibus, tam praeſentibus quam futuris, quod querela, quæ vertebatur inter monaſterium de *Otterburg* & fideles noſtros, *Merbodonem de Sauelenheim* & *Wernehrum* fratrem ejus coram nobis in hunc modum eſt ſopita, jurisdictionem, quam

 de

de feodo ſe habere aſſeverant ſuper villam *Erlenbach* & quasdam curias monaſterii in manum noſtram reſignaverunt, eidem in perpetuum pro ſe, & pro ſuis hæredibus abrenuntiantes, ut de cætero nihil poteſtatis & juris habeant in omni loco poſſeſſionis illius monaſterii tam ipſi quam eorum ſucceſſores. Sed & ſi quid commodi de ipſorum terra, quoad paſcua duntaxat, & iter, & actum, & viam fratribus illi monaſterio ſervientibus provenire potuerit habebunt gratum. Porro in eorum jurisdictione de cætero non licebit fratribus monaſterii aliquid de poſſeſſionibus immobilibus ad ſe trahere, per quemcunque contractum, niſi per ipſorum conniventiam & conſenſum. Nos vero recepta de illorum manu reſignatione jurisdictionis pro remedio animæ noſtræ, & proſperiore regni noſtri ſtatu, fratrum in eodem loco famulantium, libertati cupientes conſulere, & quieti loca omnia, ſuper quæ haberi videbatur Jurisdictio ex parte noſtra, libera, & ab omni de cætero Jurisdictione dimiſimus abſoluta, ipſum monaſterium & omnes ſubditos illi curias, & poſſeſſiones in ſpecialem majeſtatis noſtrae

noſtrae

Digitized by Google

noſtrae defenſionem, & protectionem recipientes, & auctoritate regali ſancientes, ut nulla omnino perſona humilis, vel alta praedictum monaſterium in perſonis ſuis vel in rebus aliquatenus moleſtare audeat aut gravare. Ad cujus rei perpetuam evidentiam praeſentem paginam conſcribi juſſimus, & ſigillo noſtro majeſtatis communire. Hujus rei teſtes ſunt *Cunradus* Spirenſis Epiſcopus, aulae regiae cancellarius. *Hugo* Leodienſis Epiſcopus, *Bertholdus* praepoſitus ſanctae Trinitatis in Spira, *Heinricus* praepoſitus ſancti Mauritii in Moguntia, *Fridericus Comes* de *Leiningen*, *Gevehardus* Burgravius de Magdeburg. *Heinricus* Marſchalcus, *de Calatin.* & alii quam plures. Actum apud *Spiram* Anno Dominicae *Incarnationis* Milleſimo ducenteſimo nono — Indictione duodecima anno autem regni noſtri undecimo.

XL.

Otterburgenſi monaſterio & villanis ſuis aſſeritur & ſtabilitur jus lignandi in nemoribus Waltmarka & Brando.

C. In nomine ſanctae & individuae Trinitatis. Ego *Conradus* Dei gratia

 dictus

dictus abbas ſancti Lamberti, notum volo fieri tam præſentibus, quam futuris quod ab omni retro tempore monaſterium beatæ Mariæ virginis in *Otterburg* & adjacentes Ei curiae ſuuandem & wilre jus habent incidendi ligna ſibi neceſſaria in *Waltmarcka* & in *Brando.* Inde extitit quod per longum tempus proprium habuerint foreſtarium, ſicut nos & advocati noſtri, qui cum annuatim conſtitutos reditus, quæ de nemoris uſu debebantur, a vicinis colligerentur, & ſic partirentur, ut pars aliquanta pertineret ad abbatem & fratres de *Otterburg*, de antiquo jure caſtri, in quo monaſterium conſtructum fuit, tandem viſum eſt religioſis viris abbati Stephano & ſuis fratribus tali reditu ſe periculoſe uti; quippe in collectione ejus, nulli quantumvis pauperi parcebatur. Itaque convenerunt in hoc cum his, qui tunc rebus præfuerunt, ut nec ipſi de ſuis prædiis reditus illos darent, nunc collectos aliunde cum ipſis partirentur retinentes tamen ſibi jus antiquum incidendi nemus, & utendi ſicut cæteri ex lege, qua cæteri usque nunc utuntur, Poſtmodum cum multæ guerelæ naſcerentur, de ipſorum & noſtro-

noſtrorum prædiorum indiſtinctione ipſa ſub beatæ memoriæ prædeceſſore noſtro ſancti Lamberti abbate *Geberone*, certis limitibus, qui usque nunc apparent, diſtinxerunt, & diſtinctionis factæ chartas conſcripſerunt, quæ apud nos, & apud ipſos retinentur. In diſtinctione autem iſta prædiorum juri ſuo fratres de *Otterburg*, quod habuerunt in *Waltmarcka*, nequaquam abrenuntiarunt, quæ idcirco tantum eſt inita, ut ſurgentium querelarum cauſæ ſopirentur. Accidit vero per occaſionem quandam advocatos noſtros *Heinricum de Wartenberg*, & *Wernehrum Colbonem* fratres de *Otterburg* a conſueto uſu nemoris hujus ad tempus repuliſſe; quod frequenter ipſos fratres audivimus conquerentes, tandem per bonorum virorum conſilium ſunt inducti; ut recogitarent, quanti ſit peccati proprio privare jure domum Dei, & in noſtra præſentia ſe a moleſtatione illa fratrum promiſerunt abſtinere velle, de cætero facultatem eis tribuentes priſtino jure ſuo uti. Nos quoque ob favorem, quo ducimur erga eos, ſimiliter in multorum præſentia libertatem eis conceſſimus incidendi clauſtro & prædictis cu-

riis neceſſaria, indicentes tamen eis, parcere, et cuſtodire ad utilitatem etiam ſuorum paſtorum inſuper quia olim hominibus de *Erlenbach* de communi conſenſu omnium, qui tunc aderant, de circumjacentibus villis indultum fuit, de gratia, et non de jure, ut ad ignem et ad ſepes inciderent in Brando ſed prohibiti et ipſi fuerant, propter præfatos advocatos tempore aliquanto, ipſa gratia rurſum et nos, et ipſi concedimus eis, uti ſub conditione, qua et olim et uno rogationum die cum cruce, et reliquiis ſuis veniant *Nuenkirchen*, et *Rohrbach*, debita obſequia exequentes, hæc impoſterum firma, et ſtabilia fore, cupientes hanc conſcriptionem, quam et apud nos eſſe volumus et apud præfatum monaſterium conſignavimus, et munivimus ſigillo noſtro, et ſigillis advocatorum, quibus ſe his omnibus conſenſiſſe fatentur. Teſtes, Ego *Conradus* abbas ſancti Lamberti, et *Sifridus* cellarius domus noſtræ. *Philippus* abbas in Otterburg. *Geruuinus* prior. *Albero* de Wilhelmy quondam abbates *Wernehrus* cellarius in *Otterburg*. *Heinricus* et *Engermannus Dirolphus*, *Nebelungus*, monachi. *Flunfridus* ſacerdos

Digitized by Google

dos de *Rorbach. Heinricus de Wartenberg Wernehrus Colbo. Wienandus Meſfridus Eckebertus* et multi alii, acta anno Dominicæ Incarnationis MCCIX.

XLI.

Monaſterium Otterburg ab Innocentio III. PP. privilegiis ornatur et ſub protectione beati Petri ſuſcipitur.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis *Philippo* Abbati monaſterii in *Otterburch* ejusque fratribus tam præſentibus quam futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe praeſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito revocet, aut, robur (quod abſit) Sacrae Religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, Monaſterium ſ. Mariae Dei genitricis et virginis, in quo Divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus — In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Deum et beati Benedicti regulam atque

inſtitutionem Ciſtercienſium fratrum in eodem monaſterio inſtitutus dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quascunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem monaſterium in præſentiarum juſte ac canonice poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum . . . poterit adipiſci, firme vobis, veſtriſque ſucceſſoribus illibate permaneant . . . ſane laborum veſtrorum, quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, nullus a vobis decimas exigere preſumat . . . ſi qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſœcularisque perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam contra temere venire præſumat . . . ream ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. Dat. Laterani per manum *Thomæ* Sac. Rom. Eccleſiæ Subdiaconi et Notarii Neapolitani electi, idibus Octobris Indictione III. Incarnat. Dom. MCCXV. Pontificatus Domini *Innocentii* Papæ III. anno XVIII.

XLII.

Digitized by Google

XLII

Decimæ illæ, ubi Capella in Santbach ſita eſt ad Eccleſiam in Otterburg pertinent.

In nomine Patris, et filii, et Spiritus ſancti. Ego *Chriſtianus* præpoſitus ſancti Victoris Moguntini. In cauſa, quæ vertitur inter abbatem, et conventum de *Otterberg* ex una parte plebanum et plebem de *Santbach* ex altera, ſuper hominibus de *Erlenbach*, et decimis quibusdam ibidem per diffinitivam ſententiam pronuncio, homines eosdem in ea parte villæ, in qua Capella ſita eſt, citra rivum domicilium habentes, et decimas, quas ſacerdos percipere conſuevit pro eo, quod in eadem capella divina miniſtrat, non ad Eccleſiam in Santbach, ſed ad Eccleſiam in *Otterburg* pertinere, et jam dictum abbatem, nomine Eccleſiæ in *Otterburg* ab impeditione plebis, et plebem de *Santbach*, ſententialiter abſolvo. In cujus rei evidentiam præſentem paginam ſigilli mei impreſſione munivi, actum anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo decimo ſeptimo, duodecimo Calendas Novembris. Teſtes

ſtes erant *Gebeno* abbas ſancti Albani. *Godefridus* cuſtos. *Conradus* ſcholaſticus, et *Meheroldus* majoris Eccleſiæ. *Arnoldus* ſancti gangolfi præpoſitus, idemque Decanus Mariæ ad Gradus *Rimundus* Scolaſticus. *Reinerus* canonicus ſancti Stephani Moguntini *Sifridus* præpoſitus ſancti Martini Wormatienſis. *Gunzewinus* quondam cuſtos ſancti Albani.

XLIII.

Sententia circa plebanum de Santbach et parochianos de Erlenbach lata per Archidiaconum, confirmatur.

In nomine Domini Jeſu Chriſti Amen. S. Dei gratia ſanctae Moguntinae ſedis archiepiſcopus univerſis, ad quos praeſens ſcriptum pervenerit, ſalutem. Cum ſuper Limitibus Eccleſiae parochialis in *Santbach* et Capelle in *Erlenbach*, ac decimis quibusdam villae *Erlenbach*, inter Eccleſiam *Otterburg* parochiales in *Santbach* quaeſtio verteretur. Tandem per *Chriſtianum* prepoſitum ſancti Victoris, cujus jurisdictioni eaedem villae ſubjectae ſunt, cum cauſae cognitione praedicta quaeſtio per diffinitivam ſententiam eſt deciſa, cujus ſententiae ver-

Digitized by Google

verba haec ſunt: In Nomine Patris et filii et Spiritus ſancti. Ego *Chriſtianus* praepoſitus ſancti Victoris Moguntini in cauſa quae vertitur inter abbatem, et conventum de *Otterburg* ex una parte, plebanum et plebem de *Santbach*, ex altera ſuper hominibus de *Erlenbach* et decimis quibusdam ibidem per diffinitivam ſententiam pronuncio, homines eosdem in ea parte villae, in qua Capella ſita eſt, citra rivum domicilium habentes, et decimas, quas ſacerdos percipere conſuevit pro eo, quod in eadem Capella divina miniſtrat, non ad Eccleſiam in *Santbach*, ſed ad Eccleſiam in *Otterburg* pertinere, etiam dictum abbatem nomine Eccleſiae in *Otterburg* ab impetitione plebani, et plebis in *Santbach* ſententialiter abſolvo. Cum igitur memoratus abbas ad majorem authoritatem et cautelam ſententiam ipſam per nos peteret confirmari. Nos juſtis precibus ejus inclinati, ſententiam eandem, eo quod juſte et provide lata ſit aucthoritate qua ex metropolitica poteſtate fungimur duximus confirmandam. Inſuper Baptiſterium, quod de parochia in *Otterburg* ad Capellam in *Wilre* antiquitus

trans-

translatum fuit propter loci ejusdem ſolitudinem, ad Capellam in *Erlenbach*, ubi nunc major hominum eſt frequentia, de conſenſu praefati archidiaconi ejusdem loci duximus transferendum, ſub interminatione anathematis inhibentes, ne quis huic ſcripto ſe ducat temere opponendum. Datum Moguntiae decimo ſeptimo Calendas Maii Pontificatus noſtri. Anno ſeptimo decimo.

XLIV.

Fridericus II. R. R. Compoſitionem inter Otterburgenſes et Abbatem ſ. Lamberti, H. de Wartenberg et W. Colbonem initam circa jus lignandi et paſcuorum in Brant- et Waldmarche confirmat.

In nomine ſanctae et individuae Trinitalis. *Fridericus* Dei gratia Romanorum Rex ſemper auguſtus, et Rex ſiciliae. Cum propterea Nos divina clementia dono ſuae liberalitatis ad honorem regni, ad mirabili ordinatione promoverit, ut Eccleſiarum paci, et tranquillitati horum, qui divinis mancipati ſunt obſequiis intendamus, dignum duximus, ut quae ad concordiam nutricem

cem pacis, facta inter quoslibet invenimus, accedente authoritate regia confirmemus. Inde eſt, quod ad petitionem dilectorum nobis abbatis et fratrum de *Otterburg* compoſitionem, quae inter ipſos ex una parte et abbatem ſancti Lamberti, et *Henricum de Wartenberg*, et *Wernehrum Colbonem* ex parte alia facta eſt, quemadmodum in reſcripto ſigillis eorundem confirmato continentur, authoritate majeſtatis regiae confirmamus. Itaque cum preſcriptum proteſtatur monaſterium in *Otterburg* et curtcs ad jacentes, *ſuuanden* videlicet et *Witre*, jus habere ſuccindendi ligna in nemoribus, quae dicuntur *Brant* et *Waltmarche*, excepta nemoris parte, quae propria clauſtri eſt, et certis diſtincta terminis, ſed et quod homines villa in *Erlenbach*, de gratia quidem, non de jure ad ignem, et ad ſepes ibidem licentiam habeant incidendi, ita ut et ipſi ad antiquae conſuetudinis recognitionem, uno rogationum die cum cruce et reliquiis ſuis vadant in *Rhorbach*. nos, qui clauſtri et poſſeſſionem vel hominum ejus protectores ſumus, jus praefatum his, qui nunc et eorum poſteris, in perpetuum

con-

confirmamus. Ne quis igitur aut a pacto reſilire aut in jure ſuo fratres monaſterii audeat impedire majeſtatis noſtrae interponimus interdictum ſub obtentu gratiae noſtrae, ſculteto noſtro in Lutra imperantes, ut noſtro nomine modis omnibus ipſorum moleſtatoribus in hac parte, vel in quacunque alia tanquam, qui res noſtras invaſerit, ſe opponens, in nullo eos aggravari cujuscunque malevolentia permittat. Igitur quisquis poſt authoritatem hujus noſtrae confirmationis contra eam aliquid attentare praeſumſerit, noſtrae ſe noverit incurſurum animadverſionem indignationis. Datum *Wormatiæ* Anno Domini milleſimo ducenteſimo decimo nono Indictione ſeptima.

XLV.

Fridericus R. R. monaſterio Otterburgenſi confirmat jurisdictionem ſuper villam Erlenbach et curias adjacentes.

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis. F. divina favente clementia, Romanorum Rex, ſemper auguſtus et Rex Siciliae. Attendentes circa nos ſuperni

perni

Digitized by Google

ſuperni Regis magnificam liberalitatem, intelligimus nos propterea per divinam ordinationem Romani regis, regnis omnibus excellentioris gubernacula conſecutos, ut Eccleſiarum Dei Pax per nos redintegraretur, et religionis tranquillitas, ut divinis inſervire poſſit obſequiis, defendatur. Quapropter notum facimus univerſis regni noſtri fidelibus tam præſentibus, quam futuris, quod cum per dilectum conſanguineum noſtrum, felicis memoriae *Ottonem* qui Romano regno donari tum temporis videbatur, querimonia abbatis et conventus de *Otterburg* ex una parte, et *Wernehri Kolbonis*, et fratris ejus *Merbodonis* ex parte alia; ſicut in reſcripto præfati conſanguinei noſtri continetur, ſic ſopita fuerit, quod in manus illius jurisdictionem, quam de feodo regni ſe habere aſſerebant, ſuper villam *Erlenbach*, et curias adjacentes monaſterio reſignaverint, eidem in perpetuum, pro ſe, et pro ſuis hæredibus abrenuntiantes; ita tamen, quod ſi quid commodi fratribus Cœnobii provenire potuerit, de ipſorum terra, quoad paſcua ſcilicet, et iter, et actum, ſive viam, gratum habebunt. Excepto quod de re-

bus, et poſſeſſionibus immobilibus nihil ad ſe trahant per quemcunque contractum, niſi per ipſorum conniventiam, et conſenſum. Nos, qui clauſtrum, et quæcunque clauſtrum attinent, in protectionem ſpecialem ſuſcepimus, pactionem factam, auctoritate majeſtatis regiae confirmamus. Loca igitur, quæ prædiximus, cum ipſo clauſtro, et ipſi attinentibus, libera ab omni Jurisdictione dimittimus abſoluta, ipſum monaſterium et omnes ſubditas illi curtes ac poſſeſſiones in protectionem ſpecialem aſſumentes. ſi qua igitur perſona humilis, vel alta, in perſonis, aut rebus Cariſſimum nobis monaſterium aggravare tentaverit, aut quodcunque inferre incommodum, vel diſpendium noſtræ indignationis, animadverſionem ſciat, ſe certiſſime incurſurum. Ad hujus itaque rei Evidentiam hoc conſcribi juſſimus, et ſigilli noſtri munimine confirmari. Teſtes *Cunradus* Spirenſis, et Metenſis Epiſcopus, Imperialis aulæ cancellarius. *Cuno* abbas fuldenſis, et *Elwangen. Godefridus* abbas Horenbacenſis, *Conradus* major præpoſitus Spirenſis. *Anshelmus de Vinſtingen* Marſchalcus *Wernehrus de Bo-*

Digitized by Google

Bolant dapifer, et alii quam plures. Datum *Wormatiæ* Anno Domini Milleſimo ducenteſimo decimo nono, Indictione ſeptima.

XLVI.

Wernerus de Bolanden bona fratrum Otterburgenſium in Heſsloch declarat libera et a quovis onere exempta.

1220.

In Nomine Domini. Ego *Wernerus de Bonlanden*, aulæ imperialis Dapifer. Notum fieri volumus univerſis, quod *Bertholdus* et *Everhardus* Fratres cognomento *ſumme*: ad quos diviſa et diſtributa inter fratres ſuos hæreditate, devenerat Jurisdictio in villa *Heſeloch*, quam in beneficio de nobis tenuerant, pari voluntate, quidquid habuerunt ratione Jurisdictionis ſuper bona fratrum de *Odderburch* quocunque modo in manus noſtras et fratris mei *Philippi* reſignaverunt accipientes ab ipſis fratribus XV. Talenta Wormat. in hujus Beneficii recompenſationem.

Nos autem pro favore quo religionem amplectimur præfatorum fratrum *omnia bona eorundem abſolvimus ab*

omni ſubjectione Jurisdictionis, *ut omnia ſua Libere et Quiete poſſideant imperpetuum*, *nec ullum patiantur ab ipſis vel hæredibus eorum detrimentum vel impedimentum in via*, *in vineis in agris vel quocunque loco, neque exactionis neque hospitandi cauſa, ſed tanquam rebus liberis libere utantur ſuis.* Sciendum autem, quod decetero fratres clauſtri nihil comparabunt in eadem villa de novo, niſi cum conſenſu prædictorum Fratrum *Bertholdi* et *Everhardi*, ſed ſi fuerint eis collata aliqua, titulo eleemoſinæ licebit accipere, ipſa quoque ſic collata vel alia que fuerint cum eorum conſenſu empta, eadem qua et cetera Libertate gaudebunt. Conſenſerunt his omnibus frater meus *Philippus* et filii noſtri *Wernerus* et *Philippus*. Teſtes: *Tipoltus* abbas de Ewerbach, *Gerhardus* abbas de Rodenkircha, *Hugo* præpoſitus de hagina, *Rudewinus* de Flanburna, *Diedericus* Dapifer de Goberseim, *Conradus* de Odernheim, et alii quam plures.

Acta ſunt anno Dominicæ incarnationis MCCXX. menſe Julio Die, quo cepi Jheroſolimam proficisci.

Ad

Digitized by Google

Ad horum Confirmationem ego et frater meus *Philippus* ſigillis noſtris eadem fecimus communiri.

XLVII.

Henricus VII. R. R. monaſterio Otterburgenſi confirmat jus lignandi et paſcuorum in nemoribus Waltmarcha et Brande, quo et Gaudeant curtes ipſorum.

Henricus Septimus Dei gratia Rex et ſemper auguſtus. univerſis Imperii fidelibus tam præſentibus, quam futuris, ad quos literæ iſtæ perveniunt gratiam ſuam et omne bonum. Notum ſit omnibus quod cum clauſtrum de *Otterburg* a multis temporibus jus habuerit incidendi ligna quæ vulgo ſurda, et mortua dici ſolent, hoc eſt omnia, præter quercus atque fagos in nemoribus, quæ *Waltmarcha*, et *Brand* dicuntur inſuper et colligendum ligna etiam quercuum et fagorum, quæ ventus dejecerit, et quæ fuerunt ab aliis ſucciſa, et relicta, tamque rami, et quæ Caudæ appellari ſolent, ſed et uſum paſcuorum, præter glandes, quibus ſine licentia non debent uti, nos jus inde præfato cenobio in perpetuum confir-

 mamus

mamus autoritate regia inhibentes univerſis, nequis fratres ejusmodi loci, tam in clauſtro, quam in curtibus, quod jus idem olim habuerunt, ſuper uſuario iſto impedire, aut moleſtare præſumat. alioquin indignationem noſtram, ſi hanc confirmationem et conceſſionem noſtram; ſpretæ Majeſtatis noſtræ teſtimonio attentaverit, irritare, ſe certiſſime noverint incurſuros. hujus rei teſtes ſunt, venerabilis archiepiſcopus Trevirorum *Theodoricus Joannes* Metenſis Epiſcopus. *Hermannus* Herbipolenſis electus. *Mathæus* Dux Lotharingiæ. *Marquardus* notarius aulæ regiæ. *Henricus de Vlmene. Henricus* de Cimeterio Confluentiæ, et plures alii. Datum Lutreæ anno Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo viceſimo quinto, ſeptimo Kalendas Maji. indictione decima tertia.

XLVIII.

Theodoricus de Heinzenberg et uxor ejus Beatrix Comitiſſa Sylveſtris reſtituunt monaſterio in Otterburg allodium Bertolveswilre.

In nomine Domini. Ego *Theodoricus de Heinesberch* adjuncta manu uxoris mee

mee Beatricis Comitiſſe ſilveſtris preſentis ſcripti teſtimonio profitemur abrenunciaſſe nos allodio illi de *Bertolfeswilre* et reſtituiſſe illud clauſtro beate Marie in *Otterburch* libere integraliter et abſolute. ſiquidem eisdem bonis ante nos renunciaverunt maritus uxoris mee Ph. et frater ejus *Wernerus de Bonland*, quia eos quoque penituerat bona eadem ſe injuſte invaſiſſe et illicite ſibi vindicaſſe. Ad rei hujus evidenciam ſigilla noſtra ſcripto huic appendimus et beate Marie ac miniſtris ejus bona predicta reſtituimus et in perpetuum quantum adnos et heredes noſtros ac poſteros confirmamus. Anno Domini MCCXXV. *Grüſner Diplom. Beyträge erſtes ſtück pag* 117.

XLIX

Heinricus Rom. Rex confirmat privilegium ſuper villam Erlenbach ab Ottone IV. R. R. monaſterio Otterburgenſi conceſſum.

C. in nomine ſanctæ et individuæ Trinitatis, *Heinricus* ſeptimus divina favente clementia Romanorum Rex ſemper auguſtus. Ad utriusque vitæ feli-

citatem prodeſſe, nobis non ambigimus ſi loca divino cultui mancipata curaverimus ampliare, et perſonas Deo militantes in eisdem, regio Patrocinio defendere. Accedentes igitur ad Nos abbas, ac Conventus de *Otterburg* devotiſſime ſupplicarunt, ut privilegium ab anteceſſore noſtro Imperatore *Ottone* ipſis indultum, Noſtra ſerenitas dignaretur confirmare. cujus privilegii tenor talis eſt: *Otto* quartus, divina favente clementia Romanorum Rex, et ſemper auguſtus. apud Regem Regum &c. (ut ſupra ad an. 1209. n. XXXIX).

Nos igitur divinæ remunerationis intuitu, et de innata nobis pietate ſupplicationem ſupra dicti abbatis de *Otterburg*, et ſui conventus, ſerenitatis noſtræ clementia admittimus, et omnia ea, quæ continentur In ſcripto ſuperius annotato, rata et grata habemus, et authoritate Majeſtatis regiæ confirmamus. et nunc ſpecialiter ipſum monaſterium, et omnes fratres, et monachos, curias et poſſeſſiones, et omnia jura ipſorum in protectionem, et defenſionem noſtram recipimus, ſanctione regia ſtatuentes, ut nulla perſona humilis

vel

Digitized by Google

vel ſublimis, ſæpedictum monaſterium in perſonis, aut in rebus audeat aut præſumat aliquatenus moleſtare. ut autem hæc in dubium non poſſint de cætero revocari, hanc paginam ſigilli noſtri munimine præcipimus roborari. Teſtes autem hujus rei ſunt. *Sifridus* Moguntinus *Henricus* Colon. *Dietericus* Trevirenſis Archi-Episcopi. Episcopi vero *Sifridus* Ratisbonenſis cancellarius aulæ regiæ *Hermannus* Herbipolenſis. *Eckbertus* Babenburgenſis, *Simon* Comes Sarepontanus. *Fridericus* Comes de Leiningen *Cunradus* Comes de Everſtein. et cæteri quam plures. Actum apud *Lutram* anno Gratiæ Milleſimo ducenteſimo trigeſimo quarto, Indictione ſeptima anno autem regni noſtri dudecimo.

L.

Conradi de Wartenberg conſenſus et teſtimonium ſuper venditione Curiæ in Alſenze monaſterio in Otterburg.

Noverint univerſi preſentium inſpectores, Ego *Conradus de Wartenberg* Caſtellanus in *Liningen* tenore preſentium profiteor et conteſtor, quod me mediante et titulum venditionis et

emptionis cum *Merbodone* cognato meo *de Wartenberg* diſponente, *Conradus de Lichtenſtein* curiam ſuam Allenzen cum omnibus — libere et abſolute de conſenſu omnium heredum ſuorum vendidit abbati et conventui Eccleſiæ de *Otterburg*, mittens eos ex tunc in omne jus poſſeſſionis et libertatis, ſicut ipſe et pater ſuus et ante ipſos abbas ſancti Lamberti Spirenſis diœceſis diutina quiete et Libertate poſſederat, a quo et ipſi eandem curiam et bona attinentia cum omni juſtitia ac libertate et quiete contraxerunt. aliquando poſſidendam In hujus igitur evidentiam et teſtimonium preſens ſcriptum ſigilli mei appenſione roboravi. Datum anno Domini Milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſecundo. Septimo Kalendas Auguſti apud Liningen *antiquum*.

LI.

Conradus de Lichtenſtein et uxor ejus Agnes &c. monaſterio Otterburg vendunt Curiam Seidelhof in Alzenze &c.

In nomine Domini Amen. Nos *Conradus* dictus *de Lichtenſtein* et uxor ejus legitima *Agnes* nomine ad notitiam uni-

Digitized by Google

univerſorum preſentium et futurorum cupimus pervenire quod cum tanto pondere debitorum gravaremur, quod ſine diſtractione aliquorum bonorum noſtrorum majus periculum vitare, nec evadere poſſemus, nos ſuper hujusmodi cauſa noſtris amicis, videlicet *Merbodone* dicto *Kolbe*, et *Conrado* Militibus *de Wartenberg* et aliis viris prudentibus quam pluribus convocatis de conſilio eorundem requiſito, ex ipſorum conſilio, ex provida noſtra deliberatione et ex propria voluntate ac communi conſenſu allodium et curiam noſtram in *Alſenze*, quæ eſt et dicitur *Seidelhoff* conſentiente et preſente predicto *Merbodone de Wartenberg*, cui advocatiæ ejusdem allodii attinere dignoſcitur, curia ante dicta ab hujusmodi excluſa, cum omnibus ſuis attinentiis et juribus, videlicet ſcabinis curiæ attinentibus, proprietate manſuum cum omni jure ex quarta parte ſylvæ, quæ dicitur *Waldmarcke* derivante, cum penſione novalium, quæ dicitur Medeme cum cenſibus caſeorum et pullorum de ipſis novalibus cedentibus et aliis fructibus ex ipſa ſylva provenientibus, quæ Holtzcorn nominatur de

aliis

Digitized by Google

aliis ſpecificatis univerſis et non ſpecificatis vendidimus viris religioſis et in Chriſto dilectis Domino *Ulrico* abbati et couventui in *Otterburg* ordinis Ciſterciensis ac eorum ſucceſſoribus univerſis perpetuo ſine qualibet contradictione libere et quiete poſſidenda, predictis omnibus bonis ac omni actioni, ſi quæ forte competeret, plane et ſimpliciter abrenuntiantes et antedictis viris religioſis certam et veram warandiam facientes omni fraude, et dolo remotis, in nomine Domini reſignavimus et reſignamus: obligamus nos nihilominus et fideliter promittimus ſub pœna et periculo fidei violationis, quod de cetero per nos, ſive per noſtros preſentes aut futuros ſæpedictum abbatem et conventum vel eorum ſucceſſores in omnibus bonis prelibatis non moleſtare ſed potius eos defendere debeamus, non impetere, ſed perpetua pace et quieta poſſeſſione gaudere. permittimus atque permittemus. In cujus teſtimonium et evidentiam ac perpetuam firmitatem preſentem Cartulam ipſis abbati et conventui contulimus ſigillo noſtro roboratam. Actum anno Domini milleſimo duceteſimo quadrageſimo quinto.

LII.

Digitized by Google

LII.

Conſenſus Waltheri de Drachenvels et uxoris venditioni curiæ Alſenze monaſterio Otterburg factæ additus.

Ego *Waltherus de Drachenvels*, noverint univerſi preſentium inſpectores, quod ſuper allodio *Alſenze*, quod Dominus abbas et fratres ſui in *Otterburg* a ſororio meo *Cunrado de Lichtenſtein*, legitima manu teſtium et illuſtrium virorum approbatione, nec non et omnium cohæredum ſuorum conſenſu pro centum marcis puri argenti comparaverunt, dum meum et uxoris ſemper hujus rejicerent aſſenſum et ratihabitionem, pietatis cauſa ductus pro ſalute animarum tam meæ quam uxoris meæ et omnium parentum meorum, quantis et quantacunque portio hæreditaria ſucceſſorie in predicto allodio me ex parte uxoris contingere poſſet, pari manu, parique conſenſu tum meo, quam uxoris meæ proteſtor me penitus affectaſſe.

LIII.

Digitized by Google

LIII.

Conradus de Lichtenſtein monaſterium Otterburg mittit in poſſeſſionem bonorum in Alſenze venditorum.

Ego *Conradus* Miles *de Lichtenſtein*, univerſis tam præſentibus quam futuris quibus innotuerit præſens ſcriptum deſidero eſſe notum, quod poſt deceſſum bonæ memoriæ uxoris meæ filiæ Comitis Rheni omnibus meis hæredibus ſuadentibus ac benigno aſſenſu permittentibus pro mea in opia inevitabiliter ſublevanda omnia bona mea ad me ſpecialiter ex paterna ſucceſſione proprietatis titulo pertinentia, in villa *Alſenzen* ſita, videlicet curiam meam ibidem, quæ dicitur *Seidelhoff* cum proprietate ejusdem villæ *Alſenzen* prope *Windewilre*, nec non et proprietatem villarum *Ganenbach*, *Wiſenbach*, cum omnibus juribus et proventibus in pratis agris, molendino, rubis et nemoribus, montibus, vallibus et aquarum decurſibus. Item cum omni jurisdictione ſcabinatus et ſculteti, proprietate manſuum et quartæ partis ſylvæ, quæ dicitur *Waldmarcke* cum penſione novalium atque nemorum quæ dicitur Wedeme Deheme et Cenſibus tam in

in pullis quam in caſeis et denariis de ipſis etiam novalibus et nemoribus proventibus cum annona quæ dicitur Holtzcorn funditus cum aliis omnibus obventionibus attinentibus dictæ curiæ atque villis ſuperius nominatis, inſtitutionem ſilvæ juris et conſuetudinis exigentiam et temporis opportunitatem viris religioſis in Chriſto dilectis domino *Ulrico* abbati et conventui de *Otterburg* cunctisque eorum ſucceſſoribus Ciſterc. ord. mogunt. diœceſ. pro centum et decem marcis puri argenti mihi ſub libramine debito integraliter aſſignatis, vendidi et donavi proprietatis titulo libere et quiete perpetuo poſſidenda, imo et ad omnem uſum eorum pro voluntate et libitu competenda remota quorumlibet hominum contradictione mittens eosdem de *Otterburg* et eorum ſucceſſores per præſentes literas in omne jus poſſeſſionis et libertatis renuntiatis omnibus exceptionibus, omnique beneficio juris canonici et civilis, quibus omnibus præſens ſcriptum poſſet impoſterum aliquatenus impugnari, præterea cum ego *Conradus* ad aſſignandum dicta bona pro metu corporis, atque rerum mearum ad præſentiam ſculteti et ſcabinorum

binorum aliorumque manſionariorum dictæ villæ *Alſenzen* perſonaliter accedere non audeam quoquomodo dilectum ſororium meum *Merbodonem de Wartenberg* nominatæ villæ advocatum excepta et excluſa dicta curia cum ſuis juribus et attinentiis univerſis, nec non *Conradum* conſanguineum meum *de Wartenberg* dictum de *Liningen* nomine et vice mei cum plenaria poteſtate ad præſentium prædictorum ſcabinorum duxi liberaliter deſtinandos. ratum et gratum habens litteris præſentibus quicquid coram ejsdem juris vel conſuetudinis in aſſignando dicta bona fecerint vel egerint loco mei. In teſtimonium præmiſſorum omnium, præſens ſcriptum meo ſigillo dictis de *Otterburg* tradidi communitum.

LIV.

Ludovicus Comes Palatinus Eccleſiam in Otterburg ab omnibus theloneis ſuis pronuntiat immunem.

Ludovicus Dei Gratia Comes Palatinus Reni, Dux Bavariæ omnibus hanc litteram inſpecturis confitemur preſentibus, quod nos ob Dei reverentiam Eccleſiam

cleſiam in *Otterburg* tali gratia reſpeximus, quod ab omni theloneo et exactione in loco, ubi theloneum noſtrum conſuetum eſt recipi, dari contingeret, liberam eſſe volumus et impoſterum ſoluta deſcendendo et aſcendendo, ſi quis vero de noſtris contra hoc factum noſtrum venire preſumpſerit, noſtram ingratitudinem incurſurum ſe cognoſcat, ad robur autem hujus facti preſentem litteram ſigillo noſtro decrevimus roborare. Datum apud *Otterburg* Anno Domini Milleſimo ducenteſimo quadrageſimo nono. Menſe Junio in Vigilia Albani Martiris.

LV.

E. de Randecken teſtatur, latam eſſe ſententiam in cauſa quartæ partis redditum in Waltmark pro Otterburgenſibus contra Conventum in Enkenbach.

Ego *Embercho de Randecken* omnibus, ad quoscunque præſens ſcriptum pervenerit ſalutem. Univerſitati veſtræ ſignifico, quod querimoniæ abbatis et conventus de *Otterburg*, quam habent adverſus præpoſitum et conventum de

 Encken-

Enckenbach, eo, quod injurientur eis, in reditibus in Holtzcorn, et penſionibus novalium et Medeme, ſuper ſilva, quæ dicitur waltmarcha, quæ attinent curiæ eorum *Alſenzen*, quam emerunt a ſororio meo *C. de Lichtenſtein*, cum omni juſtitia quartæ partis prædictæ ſilvæ, me aliquando interfuiſſe memini, quod conteſtor, quod ipſa eodem die me pro Judice loco *Merbodonis* cognati mei *de Wartenberg præſidente in colle*, qui eſt ſuper capellam ante clauſtrum *Wartenberg* præſente *Merbodone*, et *S.* de ſancto albino et *Stephano* Milite *de Durencheim* et *Heinrico* ſuevo et præpoſito B. de Enckenbach, et aliis viris a ſcabinis, et illi, qui dicuntur Waltmerkere, per ſententiam difinitum eſt, curiam illam in *Alſenzen* dici, et eſſe *Sedelhoff*, et cum omni Juſtitia ſibi attinente liberamus, qua ſententia antedicta, præpoſitus temerarie receſſit a Loco judicum. Actum Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo Idus Aprilis. Datum apud *Randecken*.

LVI.

LVI.

C. de Wartenberg teſtatur latam eſſe ſententiam circa reditus quartæ partis Waldmarck contra monaſterium Enkenbach pro conventu Otterburgenſi.

Univerſis ad quos præſens ſcriptum pervenerit. Ego *Merbodo* Miles dictus *Colbo de Wartenberg* tenore præſentium publice fateor, et conteſtor, quod querimonia, quam abbas, et fratres eccleſiæ de *Otterburg* habebant ſuper quadam injuria, quam allegabant ſibi fieri ſingulis annis a præpoſito et conventu ſanctimonialium et fratrum de *Enckenbach* in quibusdam reditibus annonæ, quæ dicitur Holtzkorn, et penſionibus novalium, quæ dicuntur Mecdeme, et cenſibus ipſorum novalium tam in caſeis, quam in pullis, et denique venientibus ex juſtitia quartæ partis ſilvæ, quæ dicitur waltmarca, et attinet curiæ in *Alſenzen*, me præſente, et altero, vice mea, et loco præſidente a ſcabinis, et manſionariis, et illis hominibus, qui dicuntur waltmerckere, et comprovincialibus, ſapientibus viris ſententialiter ita diffinita eſt, ut Ec-

cleſia de *Enckenbach* ab omni infeſtatione et injuria ceſſet, Eccleſia de *Otterburg* ſuo jure gaudeat, et libertatem curiæ *Alſenzen* cum omni Juſtitia quartæ partis ſilvæ et omnibus attinentiis, ut ſupra dictum eſt, libere et abſolute de caetero poſſideat. hac igitur ſententia audita et communiter adjudicata, ſicut debui autoritate Judicis, et jure advocati, miſi praedictum abbatem de *Otterburg*, et ſuos fratres in omne jus poſſeſſionis adjudicatae, priore querimonia penitus ſopita. his ita geſtis, pro teſtimonio praeſentem ſcedulam ſigilli mei appenſione roboravi, actum Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo tertio pridie nonas novembris. Datum apud *Wartenberg*.

LVII.

Teſtimonia, quod ſententia contra Enckenbacenſes pro monaſterio Otterburg lata ſit: quartam partem redituum ſilvæ Waltmarck non pertinere ad monaſterium Enckenbach.

Johannes Dei Gratia Decanus et B. archipresbyter moguntinus, conſervatores abbatis, et conventus monaſterii in

in *Otterburg*, Ciſtercienſis Ordinis, a ſede apoſtolica conſtituti. Proteſtamur his Literis, quod hæc fuit intentio abbatis et conventus de *Otterburg*, quam probare volebant contra monaſterium de *Enckenbach*, cui tenor talis eſt. Abbas et conventus monaſterii de *Otterburg* intendit probare, quod ſuper bonis illis, videlicet quarta parte omnium illorum redituum ſilvæ, quæ dicitur *Waltmarck* attinente curte eorum in *Alſenze*, de quibus inter ipſos ex una parte, et monaſterium de *Enckenbach* quæſtio vertitur ex altera, lata fuit pro eorum monaſterio, contra monaſterium de *Enckenbach* diffinitiva ſententia per judicem ſecularem illorum bonorum, et quod præpoſitus de *Enckenbach* interfuit Latæ ſententiæ, et quod reditus ſequeſtrati tempore litis adjudicati fuerunt monaſterio de *Otterburg*, et quod licentiatum fuit abbati et conventui de *Otterburg*, præter adjudicationem hujusmodi, et dictum eis, quod tollerent reditus ipſos taliter ſequeſtratos. Et quod præter hujusmodi adjudicationem et licentiam prædicti reditus ex parte præpoſiti et monaſterii de *Enckenbach* per violentiam manifeſtam ab-

Digitized by Google

lati fuerunt, et quod hoc eſt in terra illa notorium Hæc ſunt dicta teſtium. *Craffto* plebanus de *Santbach* jurat, dicitque, interfuit, vidit et audivit, quod bona predicta de quibus quæſtio vertitur, adjudicata fuerunt, apud *Rōhrbach* monaſterio de *Otterburg* per Judicem ſecularem, qui diffinitivam tulit ſententiam pro ipſis contra monaſterium de *Enckenbach*. Item adjecit, quod reditus ſequeſtrati, tempore litis, adjudicati fuerint monaſterio de *Otterburg* per Judicem ſecularem, et licentiatum fuit eis præter adjudicationem hujusmodi, quod tollerent reditus ipſos taliter ſequeſtratos. adjecit et quod huic ſententiæ latæ pro monaſterio de *Otterburg* interfuit præpoſitus de *Enckenbach* et quidam confratres ſui, et advocati, quos pro defenſione ejusdem Eccleſiæ illuc ſecum adduxerat, et plures alii. adjunxit etiam, quod præter hoc ex parte monaſterii de *Enckenbach* prædicti reditus ablati fuerunt per violentiam manifeſtam, et dicit, quod hoc eſt in terra illa notorium.

LVIII.

Digitized by Google

LVIII.

Aſſerta monaſterii Otterburg contra monaſterium Enckenbacenſe juramentis ſirmantur.

Heinricus dictus advocatus, Laicus de *Windewilre* jurat, concordant omnia cum Craftone, *Ortwin* laicus de *Windewilre* jurat, concordat in omnibus cum prædictis. *Conradus* Laicus de *Weſenbach* jurat, concordat in omnibus cum praedictis. *Biboldus* Laicus de *Alſenze* juravit. concordat in omnibus cum praedictis. *Enfridus* laicus de *Ganenbach* jurat, concordat in omnibus cum praedictis. *Gerung* de *Alſenze* laicus jurat, concordat in omnibus cum praedictis. *Theodoricus* Laicus de *Alſenze* jurat, concordat in omnibus cum praedictis. In hujus rei teſtimonium ſigilla noſtra fecimus literis his apponi. Datum Moguntiae in ſabbato ante Dominicam Judica. Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto.

LIX.

Lis Otterbergenſe monaſterium inter et Enckenbach ratione Waldmarck ſub certo modo extincta.

Wernehrus Dei gratia et conventus ſanctimonialium Eccleſiae in *Enckenbach* Ordinis praemonſtratenſis, Wormatienſis diœceſis omnibus praeſens ſcriptum intuentibus in Domino ſalutem. cum religioſorum deceat honeſtatem, mores eorum, ac voluntates et opera ad pacis unitatem omni modo conformare, nihilominus quoque ipſorum ſaluti expedit et honori, omnem diſſenſionis occaſionem a ſe longius propulſare. hinc eſt, quod univerſitati veſtrae ſignificamus omnem querimoniam, quae inter nos, et Eccleſiam noſtram ex una parte et dominum abbatem, et conventum eccleſiae de *Otterburg*, Ordinis Ciſtercienſis ex altera parte, jam diu vertebatur, ſuper Juſtitia quartae partis redituum ſilvae, quae dicitur *Waldmarcke* interpoſitione et conſilio nobilis viri domini *Wirici de Duna*, aliorumque bonorum virorum extinctam eſſe penitus et ſopitam, ita videlicet, ut communi conſenſu noſtro, et abbatis

tis noſtri de monaſterio, omne jus noſtrum, quod habere videbamur, totaliter abrogantes, praefatum dominum abbatem, et conventum Eccleſiae de *Otterburg*, in omni juſtitia quartae partis ſilvae quae dicitur Waltmarche, et quartae partis redituum, ex eadem ſylva venientium, pleno jure de caetero gaudere permittamus, et ea perpetua libertate confirmemus. hoc ſolo tantum excepto, quod curia noſtra, quae in allodio et dote Eccleſiae ſita eſt, cum ſuis attinentiis ſpecialiter, ac ſingulariter ab illa annona, quae dicitur Holzkorn, libera erit, et perpetuo abſoluta. ſi quem vero colonum in eadem curia locaverimus, qui agros, vel domos in ipſa villa habuerit, ſeu proprios aut alienos agros ex ipſa coluerit, de quibus praedicta annona exigenda eſt, ratione ipſius curiae non erit abſolutus, ſed quidquid cum ſorte dare contigerit tenetur perſolvere. Caeterum quoque poſt habitam amicabilem compoſitionem iſtam inter nos, et talem libertatem curiae noſtrae in *Nunkirchen*, ut ſupra diximus conceſſam, omnia bona noſtra in *Chemnaten*, tam in ſilvis, quam in agris, et pratis, fructicibus et

virgultis, cum omni jure ſuo ac libertate communi conſenſu Domino abbati, et fratribus præfatæ Eccleſiæ in *Otterburg*, accedente per omnia voluntate Domini *Wirici de Duna*, advocati clauſtri noſtri de *Enckenbach*, pro ſexaginta, et octo talentis hallenſium libere vendidimus et abſolute. Ne igitur ex parte utriusque Eccleſiæ ulla malignorum calumnia impoſterum ab aliquo poſſit oboriri, ſed ut ſalva, et firma ſint omnia ſigillo Domini abbatis de monaſterio et noſtro, nec non et ſigillis Domini *Wirici de Duna* et *S. de Hohenecken.* et *C. de Wartenberg* præſens ſcriptum decrevimus confirmare. Acta ſunt hæc anno Domini milleſimo duceteſimo quinquageſimo quarto decimo tertio calendas ſeptembris.

LX.

Monaſterium Enckenbach jubetur reſtituere ea monaſterio Otterburg, quæ injuſte perceperunt ex quarta parte Waltmarck.

Johannes Dei gratia Decanus et B. archipresbyter moguntinus, Conſervator abbatis et conventus monaſterii de *Otterburg*

terburg Ciſtercienſis Ordinis, a ſede apoſtolica conſtituti. prudentibus viris Decano, et archipresbytero Cellenſi ſalutem in Domino. cum inter abbatem et conventum monaſtêrii de *Otterburg* Ciſtercienſis Ordinis, ex una parte, ac praepoſitum et conventum de *Enckenbach* ex altera ſuper quarta parte omnium illorum redituum ſilvae, quae dicitur *Waltmark* coram nobis quaeſtio verteretur, lite in noſtra praeſentia legitime conteſtata receptis teſtibus, ac teſtationibus publicatis, dictis teſtium diligenter examinatis &c. . . ., quod ſufficienter, et plene probatum invenimus, praedicta bona pleno jure ad praefatum monaſterium de *Otterburg* pertinebant, et quod notorium exſiſtit, quod ex parte praepoſiti et conventus de *Enckenbach*, fructibus illorum bonorum fuerant per violentiam ſpoliati, videlicet triginta ſex maldris avenae, decem denariis levibus et quatuor pullis, prout procurator dicti conventus de *Otterburg* ſpecialiter ad hoc miſſus, declaravit coram nobis proprio Juramento, nos habito prudentum conſilio, per ſententiam diffinitivam decrevimus, dictum conventum de *Enckenbach* de jure

Digitized by Google

jure teneri ad reſtitutionem omnium praedictorum, quibus praefatum monaſterium de *Otterburg* per violentiam publice ſpoliarunt. Ideoque ſub poena ſuſpenſionis diſtricte, vobis praecipiendi qua fungimur auctoritate mandamus, quatenus praedictos praepoſitum et conventum de *Enkenbach* moneatis attente, ut praefatis abbati et conventui de *Otterburg* infra undecim dies praeter monitionem noſtram ſpolium reſtituant antedictum. alioquin eos ex tunc excommunicetis, et in locis, in quibus ex parte conventus de *Otterburg* requiſiti fueritis Excommunicatos publice nuncietis, et faciatis per alios nuntiari, ab omnibus evitando. Datum *Moguntiæ* Anno Domini Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto in prima feria ante palmas.

LXI.

Obligatio Abbatis in Otterburg ad ſolvendum annue X maldra ſiliginis de molendino Phuſt monaſterio Franckenthal. 1253.

Walthelmus miſeratione divina Abbas de *Otterburc* conſtare cupimus univerſis

verſis et aperte profitemur, quod Ecclesia noſtra Abbati et Conventui in *Franckendal* de molendino noſtro, quod dicitur *Phuſt* et attinet Curie noſtre *Ormesheim* ex teſtamento *Bertholdi* militis dicti *de Ebeſtein* X maldra ſiliginis ſingulis annis infra Aſſumptionem et Nativitatem beate virginis propriis expenſis in clauſtrum *Franckendal* perſolvet et XX denarios Wormatienſes in feſto Remigii de bonis quondam *Hildebrandi de Ormesheim* in cenſu perpetuo dabitur. Dat. Anno Domini M° CC° L° III°. in Craſtino beati Gregorii.

LXII.

E. et F. Comites de Leiningen Compoſitionem inter monaſterium Otterburg et illos de Wartenberg mediante Philippo de Falckenſtein circa uſum paſcuarum et lignorum Collectionem in Waldmarcha et Brando factam, habent rutam.

In nomine Domini Amen. De geſtis hominum grandis ſaepe et dura emergeret calumnia, niſi ea, quae geruntur, ſcriptis, et dictis teſtium firmarentur,

rentur, proinde nos *Embercho*, et *Fridericus Comites de Leiningen*, tenore præſentium proteſtamur, et notum eſſe volumus, univerſis, tam præſentibus, quam futuris has literas inſpecturis. quod nos pro diſſentione et querimonia, quae inter dilectos noſtros viros religioſos, dominum *Walthelmum* abbatem et conventum de *Otterburg* Ciſtercienſis Ordinis ex una parte, et fideles noſtros *Merbodonem*, et filios ejus *Conradum*, *et Wernehrum Colbonem de Wartenberg* ex parte alia de uſu paſcuarum, et lignorum collectione in *Waldmarcha*, et *Brando* vertebatur, amicabiliter componenda, omnem modum compoſitionis, quem prædictæ partes, fratrum videlicet de *Otterburg*, et illorum *de Wartenberg* inter ſe, mediante nobili viro *Philippo de Falckenſtein* concorditer ſtatuerunt ſicut in ſcriptis inde confectis plenius continetur, ratum et gratum habentes, authoritate noſtra tenore præſentium confirmamus volentes, et conſentientes, ut præfata eccleſia, et conventus de Otterburg, uſum perpetuum paſcuarum pro ſe, et pro animalibus ſupradictis univerſis curiarum ſuarum, perpetua Libertate poſſideant

ſideant in nemoribus ſupra dictis, et glandibus, quibus uti non debent ſine noſtra licentia ſpeciali, et Caudas arborum deciſas cujuscunque ſunt generis iidem fratres de *Otterburg* et eorum familia de univerſis curiis clauſtro attinentibus, colligi poſſunt omnimoda, et perpetua libertate. hanc autem libertatem pro remedio animæ noſtræ, ac parentum noſtrorum, nec non ad inſtantiam prædictorum fidelium noſtrorum *de Wartenberg* donamus monaſterio *de Otterburg*; jure proprietatis perpetuo poſſidendam. Ut autem hæc omnia ſupradicta robur debitum obtineant perpetuæ firmitatis, noſtris ſigillis præſentem literam duximus roborandam. Datum anno Domini MCCLVI.

LXIII.

Otterburgenſe Cœnobium illis de Wartenberg pro inita compoſitione circa uſum nemorum Waldmarka et Brando et paſcua ſolvunt centum et viginti libras hallenſium.

In nomine Domini Amen. Ea quæ noſtris geruntur temporibus, ne ſimul cum tempore elabeſcant, et pereant ſcri-

ſcriptis ſolent et dictis teſtium perennari hinc eſt, quod Ego *Merbodo de Wartenberg*, et filii mei *Conradus* et *Wernehrus* Colbo, tenore preſentium pariter proteſtamur, et notum eſſe volumus univerſis tam præſentibus quam futuris has literas inſpecturis; quod nos pro nobis, et pro univerſis heredibus noſtris tam præſentibus quam futuris querimoniam et diſſenſionem, quæ inter nos a parte una, et dominum abbatem et conventum de *Otterburg*, Ciſtercienſis Ordinis ex parte altera vertebatur, de paſcuis habendis, et lignis colligendis in nemoribus, quæ *Waltmarcka*, et *Brando* vulgariter nominantur, talem inivimus compoſitionem, videlicet quod nobili viro domino *Philippo de Falckenſtein* mediante dicta querimonia taliter eſt deciſa, quod præfati abbas, et Conventus de *Otterburg*, et omnes curiae eidem monaſterio attinentes cum omnibus animalibus ſuis uſum paſcuarum (exceptis glandibus quibus uti non poſſunt ſine noſtra ſpeciali licentia in praedictis nemoribus) abſque omni contradictionis obſtaculo, in perpetuum liberaliter obtinebunt. Inſuper et ligna a vento dejecta, et caudas

das arborum cujuscunque generis deciſas tam ipſum clauſtrum, quam et Curiæ ſibi attinentes colligendi habebunt omnimodam et perpetuam poteſtatem. prædicti vero abbas et Conventus de *Otterburg* dederunt nobis centum et viginti libras hallenſium, pro hujusmodi habita compoſitione hæc autem compoſitio neutri parti in aliquo jure ſuo præhabito præjudicium aliquod generabit. Ne autem tali compoſitione aliquis ſcrupulus, ſeu calumnia malignandi, ſeu fraudis, de cætero poſſit aliquatenus ſuboriri. Ego *Merbodo de Wartenberg* et *Conradus* et *Wernehrus*, filii mei ad hoc nos obligavimus bona fide, quod nos antedictis abbati et conventui de *Otterburg* conſenſum voluntarium a *Comitibus de Leiningen*, a quibus infeodati ſumus, ſupradictis nemoribus per literas obtinebimus ſigillatas, in quibus ipſi Comites Eccleſiæ de *Otterburg* omnem libertatem, quam nos eidem Eccleſiæ in *Waltmarcka* et *Brando* vendidimus ſicut ſuperius eſt expreſſum, donabunt et confirmabunt jure proprietatis perpetuo poſſidendam. huic igitur ordinationi pro veritatis teſtimonio comprobando interfuerunt do-

mini *de Metis Bertholdus* et *Godelmanus* fratres caſtellani in *Leiningen.* Dominus *Sifridus de ſancto Albino, Jacobus de Odenbach, Henricus Loſenaph de Falckenſtein. Merbodo de Breidenburnen,* milites. Dominus *Walthelmus* abbas de *Otterburg, Wernehrus* prior. *Sifridus* monachus. *Henricus* cellerarius, *Alardus* monachus. Converſi. *Conradus* faber *Sifridus* mercator. *Adelmannus* ſtabularius. *Albertus* Scultetus *Fridericus* Sartor. *Cunradus* magiſter in *Suuanden Craphdo* dictus *de Santbach* et alii de *Santbach,* et de *Melingen.* ruſtici quam plures. Ut autem hæc omnia ſupradicta robur perpetuum obtineant firmitatis, ne proceſſu temporis poſſint ullatenus infirmari. Ego *Merbodo, Conradus,* et *Wernehrus Colbo* filii mei, tribus ſigillis noſtris, nec non et ſigillis dominorum *Philippi de Falckenſtein Wernehri* fratris ſui *de Bolandia Philippi de Hohenfels Bertholdi,* et *Godelmanni* fratrum *de Metis,* præſentem literam duximus roborandam. Acta ſunt autem hæc apud *Rohrbach.* Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto. Barnabæ apoſtoli.

LXIV.

Digitized by Google

LXIV.

Quomodo archi-præſul Gerhardus I. avulſerit Cœnobium Montis ſ. Diſibodi ab ordine D. Benedicti, tradideritque idipſum Monachis Ciſtercienſibus.

1259.

Gerhardus Dei gratia ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopus, ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Xpo, *Walthelmo* Abbati et Conventui in *Otterburg* ſalutem in Domino.

Quia Monaſterium Montis ſ. Dyſibodi ord. ſ. Benedicti noſtre dioc; quod ſpiritualium et Temporalium ab antiquo grata floruit ubertate bonorum, utpote a noſtra Eccleſia in magna religione fundatum, dotatum pariter et ditatum multis poſſeſſionibus et honore in his omnibus ſic defecit ex toto, quod poſſeſſionibus ipſius Monaſterii dilapidatis penitus et diſtractis, perpauci Monachi adhuc in loco reſidui, urgente famis inedia ab eo Cedere Compellantur, ſpeſque omnis hinc inde ſit extincta profectus; Cum nec Loco per Monachos, nec Monachis per locum valeat aliquatenus ſubveniri. Nos, ne

Digitized by Google

locus tam venerabilis et tam ſacer penitus deſoletur, ac divine laudis in eo organa omnimodis ſuffocentur; ob ſumme reverenciam Majeſtatis, honoremque virginis glorioſe, ac incolarum Terre deſiderium, vobis, ac per vos Ordini Cyſtercienſi, Monaſterium ipſum cum univerſis ſuis poſſeſſionibus, pertinenciis et juribus, per manum et Conſenſum noſtri Capituli, ac Connivenciam prefati loci Monachorum, qui Monaſterium ipſum ex cauſis præmiſſis in noſtras manus libere reſignarunt, in Nomine Patris, et filii, et ſpiritus ſancti tradimus et donamus; ut in Monaſterio ipſo plantetis ordinis veſtri Conventum, ſub Abbatis nomine et regimine gubernandum, qui inibi Domino famulantibus, et preſcripto Loco, poſſeſſionibus, attinenciis et Juribus gaudeat univerſis. Certam in gratiarum omnium Plantatore ponentes fiduciam, qui Cyſtercienſis ordinis plantulas et ſpiritualibus ſolitus eſt irrigare fluentis, et dilatare non modicum Temporalibus incrementis, ſic, ut ubicunque locorum plantatus fuerit idem ordo, in flore diſtillet boni ſuavitatem odoris, et in Conſumacione germen honoris et fructum profe-

proferat honeſtatis, quod ipſe vos non ſolum Coaleſcere in loco preſcripto Concedat, quinimo vobis donet in ipſo fructum ſibi acceptiſſimum germinare; Locoque et patrie ad veſtrum introitum divinitus benedicat. Reſervantes tamen nobis jura patronatus eccleſiarum ad ipſum Monaſterium ſpectancium ex antiquo, preter parrochiam in Monte, Cui attinet *Odernheim* et *Studernheim*, veſtris uſibus applicandam. Item reſervamus nobis vaſallos, feoda et homines ipſi Monaſterio hactenus attinentes. quod ſi tamen á Domino facultate conceſſa poteritis redimere poſſeſſiones aliquas diſtractas, obligatas, aut venditas; vobis Libera ſit facultas, etiamſi Decime ipſis poſſeſſionibus ſint annexe; ſic, quod decima Patrono debita vobis remaneat, et jus patronatus nobis nudum tantummodo cedat. decima vero, et redditus, ſi qui hactenus Paſtori cedebant, nichilominus Cedant ei. Anniverſarii etiam noſtri diem perpetuo ſollempniter peragatis.

In cujus rei teſtimonium ac perpetuam firmitatem preſentes Litteras noſtri, et Capituli noſtri ſigillis fecimus Communiri. Actum *Moguntie*

 Anno

Anno Domini MCCLIX, nono Menſis Marcii.

LXV.

Ottonis Abbatis, de cœnobio ad manus Archiepiſcopi Gerhardi et Capituli Moguntini libere dimiſſo, una cum Promiſſione, Abbati et Conventui Otterburgenſi quibus ab eis traditum ſit, omni ſtudio ſe conſulturum, bonis ſibi ad vitam honeſte degendam Conceſſis ſine cœnobii detrimento uſurum.

Nos *Otto* Dei Gratia Abbas Montis ſ. Dyſibodi Ordinis ſ. Benedicti notum fieri cupimus univerſis, quod cum eccleſia noſtra ſiniſtris Caſibus diverſis occurrentibus ad tantam inopiam deveniſſet, quod per nos nullatenus reſurgere valeret; nos, ne tam venerabilis eccleſia divino penitus privaretur officio, ex conſenſu et conſilio noſtri conventus ipſam eccleſiam cum omnibus ſuis attinentiis et cum omni jure et libertate, qua eandem poſſedimus, in manus venerabilis Patris ac Domini *Gerhardi* Archiepiſcopi et Capituli Moguntini, qui valuerunt, et voluerunt ipſi eccleſie Conſulere et ſubvenire, duximus reſignare, nomine Abbatis nobis tantum-

tantumodo reſervato. ipſi vero Diſcretiori uſi conſilio ob reverentiam virginis glorioſe, et Ordinis Ciſtercienſis amorem, Domino *Walthelmo* Abbati et conventui de *Otterburg* ipſam eccleſiam cum omnibus ſuis attinentiis commiſerunt regendam, et ſub habitu Ordinis Cyſtercienſis tradiderunt perpetuo ipſis et eorum ſucceſſoribus poſſidendam; quos pro noſtra poſſibilitate honorare, promovere, ad omnia eorum placita venire noſtris expenſis, ac eosdem de jure eccleſie, prout novimus, docere promiſimus, fide data.

Preterea, licet jurisdictio ville, et molendinum de *Odernheim*, cum certis bonis quibusdam ibidem ſitis, noſtro uſui ad tempora vite noſtre ſint deputata, tamen omnes ſententias Captioſas et perſonis eccleſie nocivas, a ſcabinis ibidem proferendas, quantum in nobis eſt, minime obſervare, omnem annonam, quam conventus et eorum familia in monte exiſtens indiguerit, gratis molere, res mobiles et immobiles nobis deputatas, et de cetero ibidem vacantes, integras eccleſie predicte reſervare, nec, aliquo modo alienare, de rebus eccleſie, niſi ſpecificatis in literis

et denominatis, nos non intromittere, injurias et moleſtias, nobis forſitan a perſonis antedicte eccleſie, quod abſit, inferendas, ad audientiam judicum ſpiritualium, non ſecularium, deferre, nec propria nec amicorum poteſtate vindicare, et omnia premiſſa inviolabiliter obſervare promiſimus ſub predicte fidei firmitate. In cujus rei teſtimonium preſentem Cartulam ipſi Abbati et Conventui de *Otterburg* et eorum ſucceſſoribus ſigillo noſtro et noſtri Conventus tradidimus roboratam. datum anno Domini MCCLIX. menſe Martio.

LXVI.

Monachorum Diſibodenbergenſium in translationem, de qua ſupra ad eundem annum, conſenſus.

In Nomine Domini Amen. Nos *Otto* Dei gratia Abbas, totusque Conventus Monaſterii ſ. Diſſibodi Ord. ſ. Benedicti Mag. Dioc. ad noticiam omnium preſentium et futurorum Cupimus pervenire, quod nos, Cognita voluntate et Conſenſu venerabilis Patris ac Domini noſtri *Gerhardi* Archiepiſcopi, et tocius Capi-

Capituli Moguntini, prehabita bona deliberacione, et Communi, Dn. *Walthelmum* Abbatem de *Otterburg* et ſuos fratres in Eccleſiam noſtram permiſimus libere introire; ita videlicet, quod Ordo Cyſtercienſis ibidem per Eos et ſuos ſucceſſores in perpetuum Conſervetur: plenam poteſtatem et liberam facultatem, bona Eccleſie poſſidendi, ſive fuerint obligata, vendita, vel quoquo modo alienata redimendi, cum omnibus Juribus eisdem Conferentes. in hujus rei teſtimonium preſentem Cartulam eisdem Contulimus, ſigillis noſtris roboratam. — MCCLIX, nono Menſis Marcii.

LXVII.

Joannis, Primi ex Ordine Cyſterc. Abbatis, et Conventus, quibus Ædis ſummæ, quæ Moguntiæ eſt, Clero centum medimnos ſiliginis, ad duas vicarias ſtatuendas et inſtruendas quotannis ſtato tempore ſolvendos promittunt.

Reverendis et dilectis in Chriſto *Wernhero* Prepoſito, *Joanni* Decano, totique Capitulo Moguntino F. *Joannes* dictus Abbas et Conventus Montis ſ. Diſibodi

ſibodi Ord. Ciſtercienſis Orationes in Domino ſempiternas. Cum vos, una cum venerabili Domino et Patre noſtro *Gerhardo* Archiepiſcopo Moguntino, Monaſterium ſ. Diſibodi tunc Ordinis ſ. Benedicti, ab eccleſia Moguntina fundatum, ex certis cauſis nobis, et per nos ordini noſtro donandum duxeritis, nec ingrati videamur tante gratie noſtre, per gratiam veſtram nobis facte, reſtaurantes immenſi muneris ejusdem memoriam ſempiternam, univerſitati veſtre promittimus liberaliter et conſtanter, et nos ſucceſſoresque noſtros obligatos eſſe volumus, quod ad opus duarum Vicariarum de novo in veſtra eccleſia *) Coronatarum, dabimus de redditibus noſtris ſingulis annis perpetuo ſingula quinquaginta maltra ſiliginis bingenſis menſure, Moguntiam in omnem eventum, noſtris impenſis et periculo preſentanda, ſic quod ad unam Vicariam in inſtanti meſſe proxima, et deinceps ad utramque Vicariam ſingulis annis dabimus ſiliginis ſicce, et absque palea centum maltra predicte menſure, *Moguntiam*, ſicut dictum eſt, preſentanda ſub noſtro periculo et expenſis, inter duo feſta videlicet aſſumptionis

ptionis B. Marie virginis, et nativitatis ejusdem; adycientes, quod cum primum habebimus aratra aliqua jumentis inſtructa, absque omni Dolo, et fraude teneri nos volumus perpetuo ad deducendum vinum veſtrum, quod vobis creverit in *Monzengen*, ſingulis annis tempore vindemiarum, cum requiſiti fuerimus, ante cellarium veſtrum *Moguntiam* in noſtris Curtibus et expenſis; ita tamen, ut ſi alicujus infortunii eventus acciderit, nos ſimus penitus excuſati.

*) L. Ordinatarum.

Et ad horum debitam firmitatem concedimus preſens ſcriptum, Dominorum in *Eberbach* et *Otterberg* Abbatum, de conſenſu et ſcientia Conventuum eorundem, ac noſtri Monaſterii ſigillorum munimine roboratum. actum *Moguntie* anno Domini MCCLIX. pridie nonarum Martii.

LXVIII.

Collegii ad Aedem Maximam Moguntinenſem, de eademre.

Wernherus Prepoſitus, *Johannes* Decanus, totumque Capitulum majoris

ris eccleſie in *Moguntia*, omnibus hanc literam inſpecturis ſalutem in omnium ſalvatore. ad notitiam veſtre univerſitatis volumus pervenire, quod cum nos una cum venerabili domino, et Patre noſtro *Gerhardo*, Archiepiſco Moguntino, Monaſterium ſ. Dyſibodi, Ordinis quondam ſ. Benedicti, ab eccleſia Moguntina fundatum, ex certis cauſis per nos Ordini Ciſtercienſi donandum duximus, Venerabilis Abbas Dominus *Joannes*, et conventus ejusdem ordinis in prefato Monaſterio Conſtituti, ne ingrati videantur tante gratie per noſtram gratiam ipſis facte. in reſtaurum immenſi muneris, et eiusdem memoriam ſempiternam univerſitati noſtre promiſerunt liberaliter et conſtanter, et ipſi eorumque ſucceſſores ſe eſſe volunt de cetero obligatos, quod ad opus duarum Vicariarum de novo in noſtra eccleſia ordinatarum dabunt de redditibus monaſterii ſui ſingulis annis perpetuo ſingula quinquaginta maldra ſiliginis pinguenſis menſure, *Moguntiam* in omnem eventum propriis expenſis et periculo preſentanda: ſic quod ad unam Vicariam in inſtanti meſſe dabunt maldra ſiliginis quinquaginta; et ex

tunc

tunc in ſequenti meſſe proxima, ac deinceps ad utramque vicariam ſingulis annis perpetuo dabunt ſiliginis, ſicce et absque palea, centum maldra predicte menſure, *Moguntiam*, ſicut dictum eſt, preſentanda ſub ipſorum periculo et impenſis, inter duo feſta, aſſumptionem videlicet B. V. et nativitatem eiusdem; adiicientes, quod cum primum habebunt aratra aliqua jumentis inſtructa, absque omni Dolo et fraude teneri volunt nobis perpetuo ad ducendum vinum noſtrum, quod nobis creverit in *Monzeche*, ſingulis annis tempore vindemiarum, cum a nobis fuerint requiſiti, ante cellarium noſtrum Moguntinum in ſuis curribus et expenſis, ita tamen, ut ſi alicuius infortunii Eventus acciderit, indempnes erunt, et penitus excuſati.

Et ad horum debitam firmitatem ipſis concedimus preſens ſcriptum noſtri ſigilli munimine roboratum. Actum *Moguntie* anno Domini MCCLIX, pridie nonas Martii.

LXIX.

Digitized by Google

LXIX.

Reinhardus ſcultetus Lutrenſis et H. de Hohenecken monaſterio Otterburg contulere facultatem circa paſcua et lignorum collectionem in Waldmarcka et Brando.

Nos *Reinhardus* Regiæ civitatis *Lutræ* ſcultetus, et *Henricus de Hohenecken*, univerſis, præſentibus et futuris cupimus eſſe notum. quod nos ob honorem Omnipotentis Dei, et glorioſæ virginis Matris Ejus, ob animarum noſtrarum, omniumque progenitorum noſtrorum remedium ſalutare, dilectis in Chriſto viris religioſis, domino abbati et conventui de *Otterburg*, liberam contulimus facultatem, ut in *Waltmarche*, et *Brando* et in omni jure noſtro attinenti curiæ *Rohrbach*, animalia eorundem cujuscumque generis, in quærendis paſcuis, aquis, glandibus, in perpetuum evagentur. In colligendis quoque lignis ſurdis, aridis, et vento dejectis, truncis lignorum, relictis exceptis lignis naturaliter ſtantibus ſcilicet querentibus, ſine omni exactione, et inquietatione noſtri, hæredumque noſtrorum, eisdem dedimus ple-

Digitized by Google

plenam et liberam poteſtatem in terminis antedictis. In cujus rei evidens teſtimonium, præſentem literam ſigillorum noſtrorum munimine memoratis, Domino abbati, et conventui de *Otterburg* tradidimus roboratam. Actum et datum anno Domini MCCLXV.

LXX.

H. de Hohenecken profitetur quod in nemoribus ſuis Waldmarcha et Brande, animalia et pecora monaſterii Otterburg habeant paſcua &c.

H. de Hohenecken Reinhardi piæ recordationis filius omnibus præſentem ſcedulam viſuris et audituris ſalutem, et veritatis teſtimonium perhibere, veſtram univerſitatem ſcire deſidero, quod animalia, et pecora religioſorum virorum, Dominorum et fratrum de *Otterburg* habent Juſtum et pacificum ingreſſum, et egreſſum in nemoribus meis, videlicet *Waltmarcke* et *Brande*, ac aliis nemoribus, in quibus participes circumquaque in paſcuis quærendis, ſine omni repulſione, vexatione, et contradictione et in eisdem nemoribus memorati fratres pro ſuo arbitrio et voluntate

Digitized by Google

luntate utentur lignis aridis ſive vento dejectis, caudis, et truncis lignorum, in ædificio converſorum, et pro omnibus his, ad me nullum penitus tenentur habere reſpectum veluti ipſorum etiam privilegia, a regali et Imperiali dignitate ſibi porrecta teſtantur. Et ne forte per meos ſucceſſores, contra dictos fratres contrarium agatur quod abſit, præſentem ſcedulam ſigilli mei munimine roboravi. Datum Anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo menſe Majo.

LXXI.

Scultetus Lutrenſis &c. recognoſcit jura ſua et monaſterii Otterburg reſpectu curiæ in Horbach circa paſcua et lignorum collectionem in Waldmarcha, Brando &c.

Nos *Sifridus* Regiæ civitatis *Lutreæ* ſcultetus, et *Reinhardus* filius noſter, et *Henricus* fratruelis noſter, univerſis volumus eſſe notum, quibus innotuerit præſens ſcriptum, quod nos recognoſcimus, non injuriatos fuiſſe, Eccleſiæ de *Otterburg* in *Waltmarche*, et *Brando*, et *Froenden*, et in omnibus

bus juribus pertinentibus in curiam *Rohrbach*, eo quod vexaverimus eandem Eccleſiam pecoribus ſuis, in his locis memoratis, in quibus nonnullam recognoſcimus quantum ad hanc violentiam habere Jurisdictionem, et ne impoſterum per nos, vel per noſtros hæredes, dicta Eccleſia debeat moleſtari, in paſcuis lignis aridis, ſive vento dejectis, aquis et nemoribus, quantum ad paſcuas, ad munimen dictæ Eccleſiæ fecimus hanc Literam conſcribi, et ſigillorum noſtrorum munimine roborari. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo.

LXXII.

Compoſitio inter W. de Duna et monaſterium Otterburg circa paſcua et collectionem lignorum in Waltmarcha et Brando etiam ratione curiæ Rorbach.

Ego *Wiricus Dominus de Duna*, Literis præſentibus notum eſſe cupio univerſis, præſentibus et futuris, quod ſuper diſceptatione, quæ inter me, et dominum Abbatem de *Otterburg*, et ipſius Conventum ratione ipſorum animalium

 malium

malium, in quærendis paſcuis, aquis, et nemoribus vertebatur, talem fecimus compoſitionem, videlicet ut in *Waltmarcka*, et *Brando*, et in omni meo jure attinenti curiæ *Rohrbach*, in quærendis ipſorum animalibus, cujuscunque generis, paſcuis, glaudibus et in colligendis lignis, ſurdis, aridis, et vento dejectis, ac truncis lignorum relictis, exceptis lignis naturaliter ſtantibus, ſcilicet quercus, et fagos, plenam, et liberam habeant facultatem, ſine omni exactione, et inquietatione mei, aut meorum ſucceſſorum in perpetuum ad utendam. In cujus rei evidens teſtimonium præſentem Literam mei ſigilli munimine prædictis Abbati et conventui tradidi roboratam. Actum et datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto.

LXXIII.

W. de Duna profitetur, ſe teneri pro inita Compoſitione cum monaſterio Otterburg ſuper paſcuis et lignis colligendis in Waldmarche et Brando ſecuritatem ab Imperio obtinere.

Ego *Wiricus de Duna dominus* literis præſentibus notum eſſe cupio præſenti-

ſentibus et futuris, quod ſuper compoſitione, quæ facta eſt inter me, et dominum abbatem et Conventum de *Otterburg* ſuper quærendis paſcuis, aquis glandibus in Waltmarcke et Brando, prout in Literis inde confectis plenius continetur. Teneor obligatus ad debitam ſecuritatem, ab Imperio obtinendam, et hæredes mei, prout jus exegerit feodale. In cujus rei teſtimonium præſentem Literam ſigillo Venerabilis Domini H. Epiſcopi Spirenſis, atque Domini E. Comitis de Leiningen, nec non et meo ſigillo prædictis abbati et conventui tradidi roboratam. Actum et datum Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto.

LXXIV.

Abbates Otterburgenſis et Wadegotienſis concordant ſuper annuo cenſu XII maldrorum ſiliginis monaſterio Otterburg præſentando. 1268.

Nos frater *Johannes* Abbas in *Otterburg* et totus ejusdem Domus Conventus Ciſterc. Ord. Moguntinenſis Diœceſis notum facimus univerſis præſens ſcriptum inſpecturis, quod cum diſſenſio

ſio verteretur inter nos ex una parte et Abbatem et Conventum de *Wadegaſſen* ex altera, ratione cujusdam penſionis, in quam dictus Abbas et Conventus tenebantur nobis propter ipſorum decimam, mediantibus probis hominibus pacem fecimus in hunc modum, quod prædictus Abbas et Conventus teneatur nobis in duodecim maldris ſiliginis ad menſuram Wormacienſem in curia noſtra de *Buckenheim* ſingulis annis intra Aſſumptionem et Nativitatem beatæ virginis præſentandi. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum ſigilli noſtri munimine dictis Wadegocenſibus tradidimus roboratum. Datum et Actum Anno Domini M° CC° LXVIII. infra octavam beati Martini hyemalis.

LXXV.

W. dictus Colbo de Wartenberg monaſterio Otterburg concedit facultatem intuitu curiæ ſuæ Rorbach animalia ad clauſtrum pertinentia in Waldmarcha et Brando paſcendi et ligna colligendi.

Quoniam labitur occulte, fallitque volubilis ætas, actiones hominum, quæ fiunt

fiunt in tempore, nutum temporis conſequentur, ſi non Literarum teſtimonio perennentur. Ego *Wernehrus* dictus *Colbo de Wartenberg* miles, tenore præſentium profiteor, et proteſtor aperte, quod ego gratia ſancti ſpiritus illuſtratus, ob honorem omnipotentis Dei, et glorioſe virginis matris ejus ac ob animæ meæ omniumque progenitorum meorum, remedium ſalutare, dilectis in Chriſto viris religioſis *Godefrido* abbati et conventui de *Otterburg* liberam contuli facultatem ut in *Waltmarcha*, et in *Brando*, et in omni jure meo, attinenti curiæ *Rohrbach*, animalia tantummodo ad clauſtrum pertinentia cujuscunque generis, præter oves, quas tamen eundo ad paſcua, ceſſante contradictione qualibet pertranſire licebit, in quærendis paſcuis, aquis, et glandibus, ſine omni exactione et inquietatione mei, hæredumque meorum in perpetuum evagentur. In colligendis quoque lignis ſurdis, eisdem liberam contuli poteſtatem terminis antedictis. In cujus rei memoriam et perpetuam firmitatem præſentem literam memoratis domino abbati, et conventui ſigillis dominorum meorum Comitum de *Leinin*-

 gen

gen Domini *Emichonis*, et domini *Friderici* a quibus infeodatus ſum bonis ſuperius memoratis, nec non ſigillo meo tradidi roboratam. Datum anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo tertio Nonas Martii.

LXXVI.

Wolframus de Lewenſtein cum conjuge ſua profitetur, ſe nihil juris habere in bonis in Alſenze monaſterio Otterburg venditis.

Nos *Wolferamus* ac nomine *parvus de Leuuenſtein* et *Demudes* uxor mea univerſis tam preſentibus quam futuris præſentium ſerie volumus eſſe notum, quod, cum ex quadam Opinione viros religioſos nobis in Chriſto dilectos abbatem et conventum videlicet de *Otterburg* Ciſterc. Ordinis moguntinæ diœceſis prætermiſſis multis rogationibus et moleſtiis traxiſſemus in cauſam et eosdem rigore judiciario impetere niteremur ratione bonorum in *Alſenzen* quæ iidem ex legitima emptione rite ac rationabiliter proprietatis titulo hactenus poſſederunt, ac impoſterum poſſidere jure hæreditario perpetuo tenentur libere

bere et quiete, nos jam recognoſcimus ex jam dictorum bonorum conqueſtione injuriatos fuiſſe, de *Otterburg* ſuperius memoratis, cum in eisdem bonis nihil juris penitus haberemus, prout literis præſentibus publice profitemur. imo verum etiam omni Juri et actioni ſi quomodo nomine dictorum bonorum nobis in præfatos abbatem et conventum competere poſſet, ſolenniter abrenuntiamus, rogantes ut ſæpedicti de *Otterburg* de illata ipſis vexatione et injuria per nos, in præſcriptorum bonorum querelas nobis pure ignoſcerent propter Deum, quod et eosdem fatemur humiliter impleviſſe, ut autem his præmiſſis fides indubitata poſſit ab omnibus adhiberi, et ne de cætero nulla litis occaſio valeat repulſare præſentem Chartam noſtro ſigillo in teſtimonium firmitatis duximus roborandam. Actum mediantibus viris honorabilibus et fide dignis. *Theodorico de Wilrebach, Ludovico de Alſenzbrucken Machtolfo de Meſenbach*, et aliis quam pluribus ac ipſo etiam abbate et *Friderico* Magiſtro Operis. *Petro* medio cellario *Friderico de Santbach*. Datum anno Domini mileſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo.

 LXXVII.

LXXVII.

Rudolfus Rex. R. monaſterii Otterburg in Regiam tutelam ſuſcepti privilegia confirmat.

Rudolfus Dei Gratia Rom. Rex ſemper Auguſtus . . . Noverit præſens ætas et ſucceſſura poſteritas, quod cum Venerandum cunctis monaſterium *Otterburg* Ord. Ciſterc. . . . disciplinæ monaſticæ luminoſitate perradians ſit, ab illuſtribus prædeceſſoribus divis Romanorum Imperatoribus et Regibus, privilegiorum munificentiis inſignitum; Nos eorundem prædeceſſorum privilegiis inhœrentes . . . ipſum monaſterium una cum perſonis, poſſeſſionibus &c. ſub noſtro et Imperii protectione ſuſcipimus, privilegium a claræ recordationis *Henrico* VI. Rom. Imp., aliaque privilegia ab *Ottone* Rege et illuſtri *Friderico* ultimo Romanorum Imperatore ejusque filio *Henrico* Rege ſibi pie conceſſa . . . Pactiones quoque ac Compoſitiones inter ipſum monaſterium et vicinos *de Warthenberg* et *Sawelnheim*, *de Duna* et *de Hoheneckhen* habitas . . . de benignitate Regia confirmamus . . . Datum *Lutrea* III. Cal. Septembris anno

anno MCCLXXIIII. Regni noſtri anno primo.

LXXVIII.

Rudolphus Rom. Rex jubet id, quod monaſterio Otterburg in ſilva Waltmarka competit poſitis lapidibus diſtinguere.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper auguſtus. Nobili viro *C. Comiti Leiningen*, et *Th. de Hohenfels*, dilectis ſuis fidelibus gratiam ſuam, et omne bonum. Cauſam, quæ inter monaſterium de *Otterburg* ex una et dilectos fideles noſtros *Cunradum* et *Wernehrum* dictos *Kolben de Wartenberg* ex parte altera, ſuper jure, quod ſibi dictum monaſterium in ſilvis *Waltmarcken* et *Brand*, et c..ria in *Alſenzen* competere aſſerit, ab antiquo vertitur ex parte altera, Item quod diſtinctiones congruas, et debitas terminorum per lapides faciatis, fidelitate veſtræ præſentibus duximus committendam, ut ipſam diſcordiam concordia vel Juſtitia terminetis. Quod, ſi non ambo his exequendis poteritis intereſſe, alter veſtrum nihilominus exequatur. Sed ſi, quod abſit, ipſi cauſæ finem

congruum non poteſtis imponere, partes ad noſtram præſentiam remittatis. Datum *Lutræ* tertio Idus Septembris. Indictione ſecunda. Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto regni noſtri primo.

LXXIX.

Monaſterio Otterburg adjudicatur uſus nemorum Waldmarken et Brand et jus paſcui.

Nos *Emicho Comes de Leiningen*, et *Theodorus de Hoenfels* ab Illuſtri domino N. Romanorum Rege Judices conſtituti, ad audientiam preſentium et futurorum volumus pervenire literis præſentibus proteſtantes, quod cum in cauſa, quæ inter abbatem, et conventum de *Otterburg* ex parte una et *Conradum* et *Wernehrum Colbonem* fratres *de Wartenberg* ex parte altera, vertebatur, ſuper uſu nemorum *Waldmarcken*, et *Brand*, pro colligendis lignis ad neceſitatem clauſtri, et conventus prædicti, et grangiarum ſuarum Suuanden, et Wilre. lignis quoque ſurdis, aridis, et truncis, caudis ab aliis relictis, et vento dejectis; et ſuper evagatione animalium eorun-

eornndem cujuscunque, generis pro quærendis aquis, glandibus. nos feria ſecunda dierum rogationum anno Domini Milles. ducenteſimo LXX ſecundo in *Lutrea*, ad noſtram præſentiam partibus convocatis, mediantibus multis nobilibus civibus dictæ civitatis, et aliis fide dignis, diſcuſſis utriusque partis objectionibus, ex conſultu prudentum virorum cum ſuper præmiſſis diverſa placita habita fuiſſent per diffinitivam ſententiam declarando publice ſententiavimus Judicantes Nobis commiſſa regia authoritate, quod quicquid prædictorum fratrum de *Otterburg* privilegia antiqua ſive nova articulatim temporibus ſucceſſivis juris ſuper præmiſſis articulis et morum prædictorum petierunt proteſtari, prædicti fratres et ipſorum animalia fructice perpetuo gaudere debeant imposterum remota quorumlibet hominum contradictione. Ut autem hæc noſtra diffinitiva ſententia de præmiſſis debitis, robore inconcuſſa permaneat, præſentem literam noſtris ſigillis, et ſigillo fratris *Comitis de Leiningen*, qui prædictis aderat, duximus roborandam actum, et Datum die et anno, ut in prætactis.

LXXX.

Digitized by Google

LXXX.

Rudolfus Rom. Rex committit F. de Leiningen ut perſonas et res et ſpecialiter in ſylvis Waltmark &c. manuteneat et defendat Monaſterium Otterburg.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper auguſtus. nobili viro. *F. Comiti de Leiningen* dilecto fideli ſuo gratiam ſuam, et omne bonum. Quia viros religioſos abbatem et conventum monaſterii de *Otterburg* propter cælibis vitæ præſtantiam, qua pollere noſcuntur gratioſi prærogativa favoris amplectimur, et favemus fidelitati tuæ, de qua non dubia fide confidimus, firmiter injungendo committimus et mandamus; quatenus eos in perſonis, et rebus, ſpecialiter ſuper libertates, quas emptionis titulo a *Reinhardo de Hohenecken* commiſſoriali noſtro habere noſcuntur, in ſilvis *Waltmarcken Brant*, et *Fronden*, ad cujuscunque jus et proprietatem eædem ſilvæ perveniant non permittas a quoquam indebite moleſtari, nec non eosdem fratres, quorum meritis, et interceſſionibus adjuvari nos recognoſcimus apud Deum, in univerſis

ſis et ſingulis libertatibus ſuis, et juribus, noſtro nomine et authoritate regali fideliter manuteneas, protegas, et defendas. Ita quod ſub tranquilitate quieta diſpoſiti, pacis humiles profeſſores regi pacifico poſſint pacifice deſervire. Datum apud *Nurenberg* decimo quinto Calendas Februarii Indictione tertia. regni noſtri anno ſecundo.

LXXXI.

Hohenfelſii in judicio obmoventes uxorem W. de Wartenberg Agnetem habere dotalitium in ſylvis Waldmark et Brando nil obtinent.

Nos *Philippus Senior de Hohenfels* et *Philippus*, ac *Chriſtophorus* filii noſtri ad audientiam preſentium et futurorum deducimus Literis preſentibus publice proteſtantes, quod cum uxor *Conradi de Wartenberg*, *Agnes* nomine et filia *Wernehri* dicti *Colbe*, fratris ejusdem in detrimentum juris dominorum de *Otterburg*, quod ab antiquo ſuper *Waltmarcken* et *Brant* habent, ſecundum atteſtationem privilegiorum eorundem niterentur coram Judice curiæ illuſtriſſimi domini R. Regis Romanorum per

per prolocutorem ipſarum *Sifridum ſancti Albini* in *Lutra* ſateri, ſe a viginti annis ſeu quatuor aut quinque vel ſex ſupra eſſe dotatas ſupra omnia jura attinentia curiæ *Rohrbach* et ſuper hujusmodi dotalitio, ab ipſo Judice ferri ſententiam poſtulaſſent, ſub literis Judicis antedicti, in contradictionem dotalitii memorati, prædicti domini de *Otterburg* cum copioſa multitudine fratrum ſuorum ipſi Judici aſtantium, per prolocutorem ipſorum ſ. militem cognomento *Seiman* ex generali ſententia, dari ſententiam poſtulaſſent, ſi ſuper bona occupata a participantibus jure legitimo, et indiviſa, et ſuper iſta jura prehabita, ſeu alia quæcunque bona a participantibus, ut diximus, indiſtincta, aliquis hominum poſſet vel deberet dotari, maxime cum iidem domini de *Otterburg* ſexaginta annis, imo Centum et amplius utendi ſuper *Waltmarcken*, et *Brant*, et ſuper omnia jura ex *Waltmarcken* et *Brant*, curiæ *Rohrbach* attinentia jus habere ſtabili aſſertione ſe aſſererent, et hoc in præſenti ſe prolaturos publice proclamaſſent, prædictarum matronarum dotis contradictio fuit penitus annullata, nec ab ipſo Judice vel

vel generaliter ab aſtantibus dicte contradictioni ulla data atteſtatio, vel ſententia pro eis lata, licet prolocutor earundem ſuper hujusmodi contradictione aſtantium teſtimonium juvaret, prius tamen ſibi litera dicti Judicis denegata: In cujus rei teſtimonium, et debitæ fidei adhibitionem præſens ſcriptum noſtris ſigillis duximus roborandum. actum in præſentia multorum Nobilium *de Leiningen*, *de Bolandia*, *de Randecken*, *de Limburg*, *de Odenbach*. *Heinrici* Prioris: *H.* Camerarii. *H.* Cnſtodis fratrum. magiſtri Operis *Wernehri*, *Conradi*, *Johannis*, *Petri* ſacerdotum fratris *Sigelonis*, *Friderici*, *Bomundi*, *Volckenardi*, et multorum dictæ civitatis, civium fide dignorum. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto feria ſecunda poſt natalem virginis glorioſæ.

LXXXII.

Emichonis Epiſcopi Wormat. Charta de bonis Mergeſtat Abbatiæ Otterburgenſi ab Egidio milite de Montfort ſolemniter reſignatis.

E. Dei Gratia Epiſcopus Wormatienſis. Ad audientiam præſentium et futu-

ſuturorum deducimus præſenti ſcripto publice proteſtantes, quod *Egidius* miles dictus *Schiliz de Monfort* in noſtra præſentia conſtitutus recognovit ſe et uxorem ſuam *Mechtildim* omni juri et actioni, quod et quam habere ſe dicebant in bonis Dominorum de *Otterburg* in villa noſtræ jurisdictionis *Mergeſtat* coram ſculteto et ſcabinis et manſionariis ibidem ſollempniter abrenuntiaſſe et collecta manu parique conſenſu eosdem Dominos de *Otterburg* in dicta bona quæ quondam fuerunt thelonearii Caſtellani *de Liningen* pacifice et quiete jure poſſeſſorio recollocaſſe eo, pro ut ipſo *Egidio* Milite proteſtante didicimus, quod viginti quinque hallenſ. talenta a dictis de *Otterburg* recepiſſent in uſus proprios convertenda, ſecundum quod ab *Eberhardo* Canonico noſtro Wormat. et *Ar.* fratrueli ſuo *de Monfort, Ludewico, Theodorico*, Civibus Lutrenſibus, in quos mota lite de dictis bonis compromiſerant fide data fuerat inſtitutum. In cujus rei memoriam et perpetuam firmitatem præſentem litteram noſtro ſigillo et ſigillo fratris noſtri *R. Irſuti Comitis*, qui hujusmodi atteſtationi aderat, fecimus communiri,

Digitized by Google

muniri. Nos *R. Comes de Bomenburg* ad peticionem E. militis ſupradicti noſtrum ſigillum præſentibus duximus appendendum. Actum et Datum Anno Domini M. CC. LXXV. in Octava Epiphaniæ.

LXXXIII.

Privilegium monaſterio Eberbach et Otterburg, &c. conceſſum in Oberheimbach.

Syfridus Dei Gratia Prepoſitus Eccleſie Maguntinenſis. &c.

Cum inter monaſterium in *Eberbach Otterburg* et in *Ulinhuſin* et homines ville noſtre *Superioris Heimbach*, in qua ipſa monaſteria habent bona, pretextu ſervitiorum, que nobis deberent, diſſenſiones ſepius ſint exorte, nos diſſenſionibus hujusmodi pro commodo utriusque partium finem interponere cupientes, de Conſenſu Capituli noſtri in hoc bona convenimus voluntate, quod omnibus juribus et ſerviciis, quibus predeceſſores noſtri Prepoſiti Magunt. a retroactis temporibus ac juxta conſuetudinem antiquam erant contenti, nos ſimiliter contenti erimus in hominibus et monaſteriis prenotatis,

quorum ſerviciorum taxacionibus Magiſtri curiarum premiſſorum monaſteriorum debent cum noſtris Hominibus intereſſe et nichil penitus debent ſtatui ſeu fieri ſine ipſis ad hoc ut hujusmodi ſerviciorum onera dividantur proportionaliter inter ipſos, et ſi forte ipſis homines noſtri ratione diſcordiarum ſeu guerrarum ſuarum aliquas expenſas habuerint, nos qui ſumus Dominus et advocatus ipſius ville nolumus ut ipſi homines pretextu expenſarum hujusmodi interponant exactionem aliquam monaſteriis antedictis, ex quibus exaccionibus eadem monaſteria eximimus ſub teſtimonio preſencium litterarum, ſalvo tamen nobis et Eccleſie noſtre ac ipſis monaſteriis per omnia jure ſuo. In evidenciam igitur hujus rei preſens ſcriptum noſtro et capituli noſtri ſigillis volumus communiri. Actum *Maguncie* anno Domini M° CC° LXXV. XIIII. Kal. Februarii.

Has litteras confirmavit *Gerlacus* Archi-Epiſcopus Moguntinus *Moguntiæ III.* Kal. Februarii anno MCCCLIII°.

LXXXIV.

LXXXIV.

Wilhelmus Cuſtos Wormatienſis conſentit in venditionem bonorum in Alſenze monaſterio Otterburg factam.

Judices Wormatienſes. conſtitutus in preſentia noſtra anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinto in die beati Jacobi apoſtoli. *Wilhelmus* cuſtos eccleſie Wormatienſis renuntiavit omni actioni et juri, quæ ſibi competere videbatur vel impoſterum competere poſſet ſuper bonis quondam *Conradi de Lichtenſtein* fratris ſui ſitis in terminis villæ *Alſenzen*; quæ bona abbas et Conventus in *Otterburg* ab eodem *Cunrado de Lichtenſtein* et *Eliſabetha* quondam conjugibus juſto emptionis titulo compararunt, in cujus rei teſtimonium ſigillum curiæ Wormatienſis una cum ſigillo Domini *Wilhelmi* cuſtodis ſupradicti duximus preſentibus appendendum. Ego *Wilhelmus* cuſtos predictus ſigillum meum appoſui præſentibus in teſtimonium premiſſorum. actum anno et die prænotatis.

LXXXV.

Conradus de Wartenberg notum facit, quod tantum tempore vitæ ſuæ poſſit ſecare ligna in ſylva Kahlenberg Otterburgenſibus propria.

Ego *Conradus de Wartenberg* univerſis quibus innotuerit præſens ſcriptum deſidero eſſe notum: quod in ſilva *Kahlenberg* in parte dominis de *Otterburg* contingente ſecare debeo, tantummodo ad tempora vitæ meæ. Et poſt meum deceſſum, ſive obitum nullus hæredum meorum ſecare tenebitur licet temporibus vitæ ad meam evidentem neceſſitatem dictam gratiam habuerimus in ſilva ſuperius memorata. Ad tollendam occaſionem ſucceſſorum meorum contra memoratos de *Otterburg*, præſens ſcriptum ſigillo meo eisdem tradidi communitum. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto.

Digitized by Google

LXXXVI.

R. et H. de Hohenecken Abbati et Conventui in Otterburg promittunt in diviſione nemorum Waltmarcken &c. futuros eſſe paratos &c.

Nos *Reinhardus et Henricus de Hohenecken.* tenore præſentium recognoſcimus, publice proteſtantes, nos fideliter promiſiſſe dominis de *Otterburg* abbati et conventui tempore quocumque voluerint, et requiſierint ad nemorum diviſionem *Waltmarcken Brant, Fronde Kalenberg*, in quibus participamur absque dilatione, remoto quolibet impedimento eſſe benevolos et paratos. Et quamdiu iidem nobiscum in dictis nemoribus participantur indiſtincte liberum et pacificum habebunt uſum pro voluntate, et commodo nemorum prædictorum, facta autem diviſione ſæpe dictorum nemorum, gratia et libertate eisdem dominis de *Otterburg* noſtris præſentibus Literis facta nihilominus in ſuo robore duratura. In teſtimonium præmiſſorum noſtra ſigilla præſentibus ſunt appenſa. Datum anno Domini. . . .

Digitized by Google

LXXXVII.

C. et W. de Wartenberg vendunt monaſterio Otterburg ſilvas Waltmark et Brant cum omnibus ſilvarum proventibus proprietatis jure poſſidendas.

Nos *Conradus* et *Wernherus Colbo* fratres *de Wartenberg* univerſis tam præſentibus quam futuris volumus eſſe notum, quod accedente cenſenſu conjugum noſtrarum *Agnetis*, et *Hildegardis Waltheri* mariti ejusdem, ac aliorum hæredum noſtrorum, nec non et nobilium virorum dominorum *Comitum de Leiningen* feodatariorum noſtrorum, libera voluntate., accedente conſenſu per manum eorundem vendidimus et tradidimus viris religioſis D. G. abbati, et conventui de *Otterburg* Ciſtercienſis Ordinis, Maguntinæ dioceſis, ſilvas *Waltmarcken* et *Brant*, jure proprietatis poſſidendas, cum omnibus earundem ſilvarum proventibus, in decima deheme, Medeme, annona, pullis, Caſeis, cenſibus, libertatibus, juribus, pactionibus, gratiis, conſuetudinibus, ac aliis attinentiis univerſis, quocumque nomine cenſeantur, dictis *de Wartenberg* a ſcabinis et manſionariis dicta-

rum

Digitized by Google

rum ſilvarum, de jure, et conſuetudine nobis hactenus adjudicatis, Id, qnod ſcabini Eccleſiæ *Rohrbach* attinentes, qui nunc ſunt, et impoſterum pro tempore erunt, teneantur majori curiæ *Korbach* vel in *Mittelrorbach*, ſive in *Alſenzen*, prout in optione datum eſt, dictis Dóminis de *Otterburg* dicere omnia, et ſingula jura ſua ſuper prædictis ſilvis et proventibus earundem, ſub debito juramenti, quemadmodum nobis *Conra, do*, et *Wernehro de Wartenberg* in ſola curia *Rohrbach* dicere conſueverunt. Item quod iidem domini de *Otterburg* autoritatem habeant conſtituendi, et deſtituendi foreſtarium et procuratorem, qui eosdem ſcabinos et manſionarios convocent, et requirant, cum opus fuerit juribus et premiſſis. Et ſi qui de ruſticis *Santbach*, *Melingen*, *Alſenzen*, juſtitiam, atque penſionem quam tenentur ratione dictarum ſilvarum certo termino dare diſtulerint, et ad curiam vocati venire contempſerint, vel etiam pœnæ adjudicatæ per ſcabinos, quæ Werte dicitur, ſubjacere noluerint, et exſtant pignora eorum domibus capta fuerint vel accepta, dictorum ſcabinorum dictante ſententia propter hoc fore

y 4 feciſſe,

feciſſe, vel deferre velint, dicti domini de *Otterburg* vel ipſorum nuntii nullatenus judicentur. Item cum nos *de Wartenberg* nihil omnino nobis juris in dictis ſylvis, ... Et earum proventibus reſervavimus. Nos hujusmodi dictis noſtris feodatariis *C. et F. Comitibus de Leiningen* Juxta jus provinciæ et conſuetudinem terræ reſignatis, ad transferendum in dictos abbatem et Conventum de *Otterburg* funditus cum omnibus proventibus et juribus ſupradictis libere, et quiete perpetuo pro voluntate convertenda et libitu poſſedenda. Et vice prædictorum bonorum caſtrum *Wartenberg* in parte nos contingente et quicquid proprietatis bonorum ibidem habere dignoſcimur reſignavimus dominis *Comitibus de Leiuingen* ſuperius memoratis, et loco eorundem bonorum recipientes in feodo ab eisdem ipſa bona ſub homagio, ſicut prius fuimus, de cætero ſimus aſtricti. Præterea in præſentia dominorum *Comitum de Leiningen C.* et *F.* renunti avimus nomine noſtro noſtrorumque ſucceſſorum omni juris auxilio canonici, et civilis, conſuetudini et ſtatuto, omnique beneficio impetrato, vel etiam impe-

impetrando, per quod prædictæ venditionis, et emptionis effectus poſſet aliquatenus infirmari, ac etiam exceptioni non numeratæ pecuniæ et actioni in factum, et exceptioni, donationi propter nuptias, et aliis quibuscunque, quæ opponi vel obyci poſſent, contra prædictos venditionis, emptionis ſeu translationis contractus, et formam eorundem, ac præſens publicum inſtrumentum, nos *C.* et *W.* fratres *de Wartenberg*, ſpontanea fide data, et præſtito juramento promiſimus, pro noſſe. et pro poſſe, eccleſiam de *Otterburg* in omnibus, et ſingulis ſupra dictis articulis fideliter promovere. In cujus rei teſtimonium, et firmitatis debitæ memoriam ſempiternam, præſentem literam noſtris ſigillis memoratis abbati et conventui de *Otterburg* tradidimus communitam. Actum, et datum anno Domini milleſimo duceteſimo ſeptuageſimo ſexto.

Digitized by Google

LXXXVIII.

C. de Wartenberg cum uxore ſua Agnete recognoſcit, ſe partem decimæ in ſylvis Waldmarck et Brando Otterburgenſi monaſterio vendidiſſe.

Ego *Conradus* Miles de *Wartenberg* et *Agnes* conthoralis mea. Tenore præſentium recognoſcimus et publice profitemur, nos unanimi conſenſu, et libera voluntate partem decimæ noſtræ in nemoribus, ſive ſilvis *Waltmarcken* et *Brando*. quam habuimus et poſſedimus ex paterna ſucceſſione cum Germano noſtro *Wernehro* dicto *Kolben* in præfatis nemoribus in communi viris religioſis abbati, et conventui de *Otterburg* noſtris vicinis dedimus et vendidimus perpetuo colligendam pacifice et quiete quemadmodum nos Germani prædicti, et noſtri parentes octoginta annis, et amplius collegimus, et poſſedimus tam ſingulariter, quam generaliter, absque quorumlibet hominum contradictione In teſtimonium, et robur præmiſſorum præſentem cartulam noſtro ſigillo duximus roborandam. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto.

LXXXIX.

Digitized by Google

LXXXIX.

E. et F. Comites de Leiningen conſentiunt et teſtantur circa venditionem Waltmark et Brando a Wartenburgenſibus monaſterio Otterburg factam.

Nos *Emicho* et *Fridericns Comites de Leiningen*, tenore preſentium proteſtamur, et notum eſſe volumus univerſis tam preſentibus, quam futuris, quibus innotuerit preſens ſcriptum. quod cum *Cunradus*, et *Wernehrus* dictus *Colbo*, fratres noſtri fideles *de Wartenberg. Agnetis* et *N.* uxorum ſuarum, nec non *Hildegundis* filiæ dicti *Wernehri*, et *Waltheri* mariti ipſius, ac hæredum eorundem, accedente conſenſu, et libera voluntate per manum et conſenſum noſtrum vendiderint, et tradiderint, viris religioſis Domino *Godefrido* abbati et conventui de *Otterburg* Ordinis Ciſtercienſis, moguntinæ dioceſis, ſilvas *Waltmarcken* et *Brant* jure proprietatis, perpetuo poſſidendas cum omnibus earundem ſilvarum proventibus in decima Dehemen Medeme annona, pullis, caſeis, cenſibus, libertatibus juribus, pactionibus, gra-

gratiis, conſuetudinibus, et aliis attinentiis univerſis, quocumque nomine cenſeantur dictis *de Wartenberg* ſcabinis, et manſionariis dictarum ſilvarum de jure, et conſuete hactenus adjudicatis. Item quod ſcabini Eccleſiæ *Rohrbach*, attinentes, qui nunc ſunt, et imposterum pro tempore erunt, teneantur in majori curia *Rohrbach* vel *Mittelrohrbach*, ſive in *Alſenzen*, prout in optione datum eſt, dictis dominis de *Otterburg* dicere omnia et ſingula jura ſua ſuper praedictis ſilvis et proventibus earundem, ſub debito juramenti quemadmodum praedictis *de Wartenberg* in ſola curia *Rohrbach* dicere conſueverunt. Item quod iidem Domini de *Otterburg* auctoritatem habeant conſtituendi, vel deſtituendi foreſtarium et procuratorem, qui eosdem ſcabinos et manſionarios convocent et requirant, cum opus fuerit juribus de praemiſſis. Et ſi qui de ruſticis *Santbach*, *Melingen*, *Alſenzen* Juſtitiam, atque penſionem, quam tenentur ratione dictarum ſilvarum certo termino dare diſtulerint, et ad curiam vocati venire contempſerint, vel etiam pœnae adjudicatae, per ſcabinos, quae werte dicitur ſubjacere,

jacere noluerint, et extant pignora in eorum domibus capta fuerint vel accepta, dictorum ſcabinorum dictante ſententia propter hoc foreſeciſſe vel deferre velint dicti domini de *Otterburg* vel ipſorum nuntii, nullatenus judicentur. Item cum dicti de *Wartenberg* nihil omnino ſibi Juris in dictis ſilvis, et earum proventibus reſervarint. Nos hujusmodi bonis ab eisdem de *Wartenberg* juxta jus provinciale, et conſuetudinem terrae receptis, in praenominatos abbatem et Conventum de *Otterburg* omnium praedictorum bonorum, jus, et fundos tranſtulimus, et transferimus, per praeſentes libere et quiete perpetuo pro voluntate convertenda, et libitu poſſidenda. Et vice praedictorum bonorum caſtrum *Wartenberg* in parte ipſos contingente et quicquid proprietatis bonorum ibidem habere noſcuntur, reſignarunt nobis, et loco eorundem a nobis ipſa recipientes in feodo, nobis pro eodem homagio, ſicut prius fuerant ſunt aſtricti. recompenſam etiam confitemur in eisdem bonis, ab ipſis ſufficientem nobis et per melius fore factam. Praeterea in noſtra praeſentia conſtituti, praedicti

de

de Wartenberg renuntiaverunt nomine ſuo, ſuorumque ſucceſſorum, omni juris auxilio Canoniei et civilis, conſuetudini, et ſtatuto omnique beneficio impetrato, vel etiam impetrando, per quæ, prædictæ venditionis, et emptionis effectus poſſet aliquatenus infirmari, ac etiam exceptioni non numeratæ pecuniæ, et actioni in factum, et exceptioni donationis propter nuptias ſive dotis, et aliis quibuscumque, quæ opponi et objici poſſent, contra prædictos venditionis, emptionis, ſeu translationis contractus, et formam eorundem, ac præſens publicum inſtrumentum, jmo ad majorem cautionem, et perpetuam firmitatem omnium prætactorum, ſæpe notati *de Wartenberg* ſpontanee coram nobis, fide data et præſtito jurameuto promiſerunt pro noſſe, et pro poſſe, Eccleſiam de *Otterburg* in omnibus et ſingulis ſupradictis articulis fideliter promovere. In cujus rei teſtimonium, et firmitatis debitæ memoriam ſempiternam, præſentem literam, noſtris ſigillis memoratis abbati et conventui de *Otterburg* tradidimus communitam. Nos quoque *Conradus* et *Wernehrus* præſcripti *de VVartenberg*, ad majorem

facti

facti evidentiam teſtimoniumque præmiſſorum, noſtra ſigilla præſentibus duximus apponenda, et ad aſſenſus noſtri de prætactis debitam ſecuritatem. Actum et datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto.

XC.

C. de VVartenberg et ejus uxor Agnes proſitentur ſe bona in Mittelrorbach &c. cum conſenſu Regio Otterburgenſi monaſterio vendidiſſe.

Ego *Cunradus* Miles de *VVartenberg* et *Agnes* uxor mea, tenore præſentium proteſtamur, et notum eſſe volumus univerſis, tam præſentibus, quam futuris quod nos communicata manu, et libera voluntate regiæ benignitatis interveniente conſenſu, quod bona noſtra in *Mittelrorbach* de curiis ibidem, et in *Suuanden*, ac in *Balbornen* provenientia cum inſtitutione, et deſtitutione ſcultetorum et ſcabinorum, Item cum pratis, paſcuis, cenſibus agris, reditibus obventionibus, et juribus univerſis. Item cum omnibus proventibus *VValtmarcken* et *Brant* et *Fronden* ac *Calberg*, nec non ipſa nemora, ſive ſilvas

vas pro parte quæ nos contingunt, et quemadmodum omnia et ſingula a *Reinhardo* de *Hoheneck:n* legitime ccmparavimus in manus domini *Go:::fr:d:* abbatis et Conventus de *Otter:urg* Ciſtercienſis Ordinis, moguntinæ dioceſis, cum ſolemnitate debita dedimus, et aſſignavimus fundos dictorum nemorum, et perpetuum in Deheme Medeme et aliis Juribus et approbatis conſuetudinibus, ab incolis et ſcabinis, et manſionariis prædictorum locorum, hominibus ſupra ſcriptis, nemoribus attinentibus, duntaxat exceptis, quos nobis, noſtrisque hæredibus in feodo ab imperio duximus retinendos, in omnibus autem et ſingulis ſupraſcriptis, nos *Conradus*, et *Agnes* uxor mea, nihil juris nobis retinuimus, vel noſtris hæredibus in futurum, ſed omnia, et ſingula ſupraſcripta venditionis titulo prout ſuperius eſt expreſſum, pro centum librarum pretio, de quibus nos pagatos confitemur, dictis abbati, et conventui monaſterii *de Otterburg* ſpontanee contulimus libere proprietatis titulo perpetuo poſſidenda. Nos ſumus tantum, vel noſtri hæredes nobis legitime ſuccedentes de fuga, ſeu migratione

Digitized by Google

tione hominum ſeu abſcedentium requirere. renuntiantes pro nobis, noſtrisque hæredibus univerſis actioni in factum, actioni deceptionis, velut dimidiam juſti precii, omnique auxilio juris Canonici et civilis, omnique beneficio impetrato, vel etiam impetrando per quod prædictæ venditionis effectus, a quocunque poſſit impoſterum impugnari. Imo ſi nos vel noſtri hæredes contravenire tentaverimus, hanc in nos, et noſtros hæredes pœnam ſpontanee eligimus, et ſupra dictis hominibus in venditione exceptis, et bonis expreſſis inferius, in recompenſam Imperio datis, ipſo ſimus facto privati, prædicta venditione in ſuo robore nihilominus duratura. Et quia Nos *Conradus* et *Agnes* de bonis noſtris propriis in *Ganenbach* triginta ſex maldris Spelze, et in *Lanewelt* ſex maldris ſiliginis, et avenæ totidem et decem carratis fœni in Alſenzen annis ſingulis ſolventibus Imperio vice prædictorum bonorum legitimam fecimus recompenſam, nos ab eodem Imperio per manus prædictorum *dominorum de Leiningen* in feodo recepimus ipſa recompenſa nobis, noſtrisque hæredibus poſſidenda bona in *Ganenbach*

 nenbach

nenbach juxta prætacta et quemadmomodum in literis ab Imperio inde confectis, ſeu etiam dominis, de *Otterburg* aſſignatis, plenius continetur. In teſtimonium premiſſorum præſens ſcriptum ſigillo proprio, atque ſigillo Domini *Ruperti Comitis Hirſuti*, in cujus manus, loco dominorum *Comitum de Leiningen*, ipſorum mandato requirente memorata bona reſignavimus ſub cautionis debitæ memoria duximus roborandum. actum et datum Anno Dei milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto.

XCI.

C. et VV. de VVartenberg declarant, omnes litteras ſuper venditione VValdmarke &c. a quocunque contra mon. Otterburg prolatas nullius eſſe roboris aut momenti.

Nos *Conradus* et *VVennerhus* fratres de *VVartenberg* univerſis volumus eſſe notum. quod nos benigna voluntate literis præſentibus publice renunciamus, omnibus literis hucusque ſuper *VValtmarcken*, *Brant*, *Fronden*, et proventus eorundem ſive a quocumque hominum emanarint, fatentes, ubicunque

Digitized by Google

que locorum contra dominos de *Otterburg* eædem literæ oſtenſæ fuerint, continentiam earundem, nullius eſſe roboris vel momenti. In teſtimonium prætactorum noſtra ſigilla præſentibus ſunt appenſa. Datum Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto.

XCII.

Rudolfus Rex. Rom. Confirmat venditionem bonorum in Mittelrorbach &c. a Conrado et Agnete de VVartenberg monaſterio Otterburgenſi factam.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper auguſtus, univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus, præſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam, et omne bonum. Præſentis vitæ negotia ob humanæ conditionis fragilitatem conſumit oblivio, niſi fidelis ſcripturæ teſtimonio in theſauris memoriæ fideliter reponantur. Noverit igitur præſens ætas, et ſciat futuri temporis ſucceſſura poſteritas, quod *Conradus* miles *de VVartenberg*, et *Agnes* uxor ipſius, communicata manu de bona, et libera voluntate regiæ benignitatis interveniente conſenſu et authoritate vendide-

 runt,

Digitized by Google

runt, et tradiderunt, ſeu aſſignaverunt religioſis viris abbati et conventui de *Otterburg*, Ciſtercienſis Ordinis, Moguntinæ dioceſis, omnia bona ſua in *Mittelrohrbach*, de curiis ibidem, et in *Suuanden*, ac *Balburnen* provenientia cum inſtitutione, et deſtitutione ſcultetorum et ſcabinorum. Item cum pratis, paſcuis, cenſibus, agris, reditibus, obventionibus, et juribus univerſis. Item cum omnibus proventibus *Waltmarcken Brant* et *Fronden* ac *Calberg* nec non ipſa nemora ſive ſilvas, pro parte, quæ contingebat eosdem *Conradum* et ipſius uxorem, ſicut prædictus *Conradus* prædicta ſingula et omnia, mediantibus fidelibus viris *Emichoni* et *Friderico Comitibus de Leiningen*, a nobis et Imperio tenuit, et tenere debuit, et quemadmodum *Reinhardus de Hohenecke* a quo præfatus *Conradus* ſingula et omnia ſupraſcripta comparavit, legitime tenuit in ſeodum ab Imperio. Præterea prædicti *Conradus* et *Agnes* memoratis abbati et conventui vendiderunt, fundos dictorum nemorum, et proventuum cum Deheme, Medeme et aliis Juribus, et approbatis conſuetudinibus ab incolis, et ſcabinis et manſionariis, prædictorum

rum locorum hominibus, ſupra ſcriptis nemoribus attinentibus, duntaxat exceptis quos ſæpedictus *Conradus* ſibi ſuisque hæredibus, ab univerſali hujusmodi venditione excepit ab ipſo ſuisque heredibus a nobis et Imperio poſſidendos. In omnibus autem, et ſingulis ſupraſcriptis, idem *Conradus*, et uxor ipſius, ſibi nihil juris retinuerunt omnino, ſed omnia et ſingula ſupra ſcripta, venditionis titulo, prout ſuperius eſt expreſſum pro centum librarum hallenſium pretio, de quibus idem *Conradus*, ſe pagatum aſſeruit, et confeſſus extitit coram nobis in dictos abbatem et Conventum monaſterii de *Otterburg* ſpontanee transtulerunt proprietatis titulo, ab eodem monaſterio perpetuo poſſidenda. poterit tamen dictus *Conradus* vel ſui legitimi ſucceſſores de fuga, ſeu migratione hominum ſuperius exceptorum ſcultetum, et ſcabinos, dum quis fuerit, ac de pœna fugientium, ſeu abſcedentium requirere, quemadmodum literis, ſuper eo confectis plenius continetur. Renuntiaverunt etiam ſæpe dicti *Conradus*, et ejus uxor pro ſe et ſuis hæredibus, actioni in factum, actioni exceptionis, velut dimidiam juſti

 pretii,

pretii, omnique auxilio juris Canonici et civilis, omnique beneficio impetrato, vel etiam impetrando, per quod prædictæ venditionis effectus a quocunque poſſit inpoſterum impugnari. Imo ſi ipſi vel eorum hæredes contravenire tentarent, hanc in ſe, et ſuos hæredes pœnam ſpontanee elegerunt, quod ſæpedictis hominibus in venditione exceptis et bonis expreſſis inferius in recompenſam Imperio datis, ipſo ſint facto privati, prædicta venditione in ſuo robore nihilominus duratura. Et quia ſepedicti *Conradus* et *Agnes* ejus uxor, de bonis ſuis propriis in Ganenbach triginta ſex maldra ſpeltze et in Lensfeld ſex maldra ſiliginis, et avenæ totidem, et decem carratos fœni in *Alſenzen*, annis ſingulis ſolventibus, ſeu reddentibus, mediantibus ſupradictis nobilibus viris *G. et F. Comitibus de Leiningen*, qui ea a nobis, et Imperio tenebunt in feodum vice prædictorum, ipſe ſuique hæredes feodali titulo perpetuo poſſidebunt, nobis prout fideli ejusdem *G. Comitis de Leiningen* teſtimonio recepimus, ſufficientem fecerunt, et legitimam recompenſam. Nos ſupra dictam venditionem ratam habentes, et gratam,

tam, præſentis ſcripti patrocinio communivimus et in evidentius argumentum ſigillum noſtræ majeſtatis eidem duximus apponendum. actum et Datum *Wormatiæ*, pridie Idus Aprilis Indictione quarta. Anno Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo VI. Regni vero noſtri anno tertio.

XCIII.

W. de Duna ratam habet et gratam cum monaſterio Otterburg diviſionem ſylvarum Waltmarck &c.

Nos *Wiricus Dominus de Duna*. Univerſis tam præſentibus, quam futuris, volumus eſſe notum. quod absque contradictione, ſeu revocatione qualibet in futurum, imo inviolabiliter tenebimus, atque per præſentes promittimus perpetuo nobis eſſe gratam, atque ratam diviſionem nemorum *Waltmarcken*, et *Fronden*, factam inter nos et participes noſtros, nobiles viros *Conradum*, et *Wernehrum Kolben de Wartenberg*, et religioſos viros C. abbatem et conventum de *Otterburg* ex parte una, et *Henricum de Hohenecken* et memoratos de *Otterburg* ex parte altera,

tera, quemadmodum ipſa diviſio nemorum lapidibus terminalibus eſt diſtincta et nobis, ac predictis participibus per partes dictorum nemorum eſt ſortibus attributa. In teſtimonium præmiſſorum, et debitam ſecuritatem præſentem literam noſtro ſigillo memoratis de *Otterburg* tradidimus communitam. Actum et datum anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto Decimo quarto Calendis Junii.

XCIV.

Pronuntiatio et declaratio jurium monaſterii Otterburg in nemoribus Waldmarck, Brande &c.

Nos *Rupertus Comes de Baumenburg hirſutus.* Univerſis tam præſentibus quam futuris, quibus innotuerit præſens ſcriptum, volumus eſſe notum, quod craſtino aſcenſionis Domini Anno Dominice Incarnationis MCC. ſeptuageſimo ſexto in villa ſuperiori *Rohrbach* ſuper reſignatione et aſſignatione bonorum in *Waltmarcke*, *Brand*, et *Fronde* ac *Bulbeck*, a nobilibus viris *Conrado* et *Wernehro* fratribus *Wartenberg*, dominis de *Otterburg* venditis præſiden-

tibus

Digitized by Google

tibus nobis, loco, et vice conſanguineorum noſtrorum nobilium virorum *C.* et *F. Comitum de Leiningen* ſpeciali eorum mandato diſcutiendi, et diffiniendi, inter partes, facultatem, et authoritatem pariter tribuente a ſcabinis Eccleſiæ *Rohrbach* attinentibus, videlicet ab *Heinrico* dicto *Rohrich de Santbach*, *Herbordo de Balbornen*, *Hunfrido de Santbach*, *Wernehro de Santbach Joanne de Santbach*, *Gerlibo de Melingen Gerlaco de Santbach*, qui ibidem in noſtra preſentia conſtituti, et a nobis pariter requiſiti in animas ſuas ſub præſtito juramento, omnia et ſingula jura, de prædictis ſilvis de jure, et conſuetudine approbato debere fieri dominis de *Otterburg*, ſolemniter publicabant, pronuntiantes inprimis, quod quod omnis attinens cunctumque conditionis ſeu libertatis, dictis ſilvis uno aratro, vel pluribus aut dimidio, ſeu duobus bobus colendo uſum habens, vel etiam frequentando ſucciſſione nemorum praedictorum, tria maldra avenae dictis dominis de *Otterburg* dare tenebitur: qui vero unum bovem tantum habuerit, vel omnino nullum, dummodo jus habeat incidendi in dictis ſil-

 vis,

vis, maldrum et dimidium tenebitur aſſignare. Item una quæque domus in feſto Martini unum pullum et unum denarium dare tenebitur. Item quicunque novale aliquod in dictis ſilvis fecerit vel agros attinentes dictis ſilvis coluerit, clauſtro *Otterburg* decimam Medemen tenebitur de eodem. Item quod dicti Domini de *Otterburg* tempore glandium, tam de clauſtro, quam de Grangiis contiguis, et remotis quotque porcos habuerint, impellere poterunt nemoribus memoratis, remota quorumlibet hominum contradictione, nec non ligna pro neceſſitate et voluntate ſecare, et amicis ipſorum arbores, quot quot voluerint, tribuere, nemine requiſito. Si qui vero porci extraneorum hominum tempore glandium inventi fuerint depaſcari Deheme dare dictis dominis tenebuntur. Item ſi quis hominum juſtitiam ſuam, ſive ſervitium debitum de dictis ſilvis dare renuerit, domui illius ſudes, Stecka videlicet affigetur, ſi ad pignorandum inventus fuerit inſufficiens: Si vero ipſum fuſtem, ſive Stecken temere extraxerit, condemnationi pœnæ triginta ſolidorum, denariorum Lutrenſium tenebitur

tur ſubjacere, non ſolum una vice, ſed quotiescunque id ipſum in extrahendo fuſtem viſus fuerit attemptare. Si autem idem transgreſſor juſtitiæ, et ſervitutis per rerum copiam in domo propria potuerit pignorari, absque temeritate aliquo fuſte remoto. pignus ipſius libere capi poteſt. præterea iidem ſcabini tam pro ſe quam pro cæteris manſionariis et dictis nemoribus attinentibus hominibus in animas ſuas ſententiarunt, quod quivis attinens dictis nemoribus, tribus vicibus in anno, ſcilicet in vere, majo, et authumno, tria plauſtrata lignorum, de ſcitu foreſtariorum dominorum de *Otterburg* ſecare poterit ad vendendnm, pro ſuis neceſſariis ſublevandis. Si quis hujusmodi indulti extiterit transgreſſor accuſatus de hoc eisdem dominis de *Otterburg* in tribus ſolidis denariorum Lutrenſium condemnabitur. |Scabinis quoque et manſionariis in viginti denariorum ejusdem monete per ſingulos manſionarios et ſcabinos puniri judicabitur indilate. Si qui vero a dictorum dominorum foreſtariis inventi fuerint in dictis ſilvis jus incidendi minime habentes, jam latæ pœnæ per omnia ſubjacebunt, et eorundem pecudes

ſive

ſive equi memoratæ curiæ Rohrbach præſentari tenebuntur. Item dicti attinentes nemoribus homines, et villam ad ignem et aliis neceſſariis, eorundem evidentibus in domibus et horreis, ac pro aratrorum reparatione duntaxat ſecare poterunt in nemoribus memoratis Dummodo procuratores dictorum dominorum de *Otterburg* ſuper hujusmodi neceſſitate commoniti prius fuerint et requiſiti Item cum commemorandum ſane duximus per præſentes ſententiarum coram nobis, ut dictis nemoribus homines attinentes tempore glandium de ſuis porcis alitis, et nutritis, et absque colluſione multiplicatis. Nihil debere ratione Deheme, ſed ſi aliunde attraxerint, vel comparaverint cauſæ lucri, exactionem, quæ Deheme dicitur, dare pro porcis ſingulis tenebuntur. Sicut hi, dictis nemoribus jure vel conſuetudine minime ſunt aſtricti. In teſtimonium præmiſſorum mediantibus viris nobilibus, et diſcretis, ſeu etiam per omnia fide dignis. *Reinhardo*, et *Heinrico de Hohennecken*. *Godefrido de Randecken Sifrido de ſancto Albino, Wolffamo magno de Lewenſtein*. *Alberto de Baumburg*. *Conrado de Flamburnen*,

burnen, militibus. Imperialis aulæ Sculteto. *Hertelone de Lutra, Theodorico de Wilrebach. Nurenberger* et aliis quam pluribus civibus ſcabinis, et manſionariis nemorum prædictorum. Inſuper venerabilibus patribus domino *Godefrido* abbate de *Otterburg*, ſua fratrum cohorte non modica aſſiſtente: nec non domino *Johanni* præpoſito de *Lutra* cum ſuis ſequacibus idoneis, et honeſtis præſens ſcriptum, appenſione ſigillorum noſtrorum fecimus communiri. Attamen a dictis *Conrado*, et *Wernehro*, *Agnetis Hildegardis Walthero*, et aliorum hæredum eorundem reſignatione dictorum bonorum, cum effeſtucatione effeſtigatione ſuſcepta, loco dominorum *E.* et *F. Comitum de Leiningen* et aſſignatione facta, dictis dominis de *Otterburg*, juramento interpoſito nomine dotis, cum renuntiatione exceptionum, gravaminum, ſeu cujuslibet impedimenti. actum et datum in Craſtino Aſcenſionis Domini. Anno Dominicæ Incarnationis ut in prætactis.

XCV.

XCV.

Prioriſſa et Conventus ſ. Lamperti teſtantur quod Agnes relicta Conradi de Lichtenſtein recognoverit, ſe nihil juris habere in bonis monaſterio Otterburg venditis in Alſenze.

Venerabilibus Dominis judicibus ſanctæ Moguntinæ ſedis. Sapientia Prioriſſa totusque conventus ſanctimonialium monaſterii ſ. Lamperti Ordinis prædicatorum ſpirenſis diœceſis orationum inſtantiam in Domino cum ſalute, ex rogatu nobilis ac honorabilis matronæ *Agnetis* relictæ bonæ memoriæ *Conradi militis de Lichtenſtein* diſcretioni veſtræ præſentibus ſignificamus, ſub ordine noſtro proteſtantes, quod jam dicta *Agnes* in noſtra præſentia conſtituta publice recognoverit ſe nihil juris habere in curia, villa et cæteris bonis in *Alſenzen* cum omnibus juribus et ſuis attinentiis funditus ex eo, quod dictus *Conradus* maritus ejus cum Conſenſu et ipſius voluntate libera accedente, dictam curiam in *Alſenzen* cum proprietate villæ ejusdem ac villarum *Granenbach Wiſenbach* et attinentiis omnibus et juribus, agris, pratis, molendino, nemo-

nemoribus, cenſibus, et cum aliis proventibus eorundem perpetuo poſſidendam, rite ac rationabiliter vendidit, et reſignavit viris religioſis Domino *Ulrico* abbati et conventui in *Otterburg* Ciſterc. Ord. Mog. diœc. quemadmodum in Litteris inde confectis et ſuo ſigillo munitis expreſſius continetur. præterea cum dicta matrona ad veſtram præſentiam præ nimia debilitate corporis perſonaliter accedere non valet, vobis præſentibus literis in teſtimonium veritatis præmiſſorum petunt ſignificari et ad majorem cautionem et fidei adhibitionem *Conradum* filium ipſius uterinum nomine et vice ipſius duxit veſtræ præſentiæ præſentandum pro ſe ad fatendum de veritate ſuper præmiſſis imo et ad renunciandum omni juri et actioni, quod et quam in dictis bonis per oblatum libellum memoratis Dominis de *Otterburg* ſe habere credidit dubioſe, dantes eidem *Conrado* et procuratori nomine ipſius conſtituto mandatum revocandi, quid quid coram vobis, contra prædictos de *Otterburg* de bonis præhabitis eſt attentatum, in cujus rei teſtimonium noſtræ Eccleſiæ ſigillum praeſentibus eſt appenſum. actum et

datum

datum Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo in die beatae agnetis virginis.

XCVI.

Agnes relicta Conradi de Lichtenſtein conſitetur cum filio ſuo Conrado, ſe nihil juris habere in bonis in Alſenze venditis monaſterio Otterburgenſi.

Ego *Agnes* relicta *Conradi* bonae memoriae *de Lichtenſtein* et *Conradus* filius meus uterinus univerſis &c. Volumus eſſe notum, quod in bonis in *Alſenze* proprietate villae ejusdem curiae ibidem cum omnibus &c. quemadmodum in literis ſ. Sedis Moguntinae judicum Ordinariorum et judicum curiae Wormat. — plenius expreſſimus — in his omnibus — nihil juris aut — nos habere — publice confitemur, preſentibus proteſtantes &c. &c. In teſtimonium praemiſſorum quia propriis ſigillis caremus praeſens ſcriptum ſigillis dominae prioriſſae et conventus ſ. Lamperti ſpirenſis diœceſis, judicum ordinariorum Curiae Wormatienſis et domini *Wilhelmi* cuſtodis majoris Eccleſiae Wormat. rogavimus communiri. Nos praemiſſa

ſancti

ſancti Lamperti et Conventus loci ejusdem, et nos judices Wormat. et ego *Wilhelmus* Cuſtos Wormat. publice profitemur ad petitionem praedictorum *Agnetis* et *Conradi*, noſtra ſigilla praeſentibus apposuiſſe. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. In die beatae agnetis virginis.

XCVII.

Agnes relicta Conradi de Lichtenſtein &c. fatetur ſe nil juris habere in bonis in Alſenze monaſterio Otterburg divenditis.

Judices ſanctæ Moguntinæ ſedis recognoſcimus — quod cum honorabilis matrona Domina *Agnes* relicta *Conradi de Lichtenſtein* et *Conradus* filius ipſius coram nobis traxiſſent in cauſam contra abbatem et conventum de *Otterburg* Ciſterc. Ordin. Mogunt. diœceſ. ſuper bonis in *Alſenzen* proprietate curiæ, cum omnibus ſuis attinentiis et juribus ibidem ſitæ, nec non agris, pratis, molendino, cenſibus, aliisque proventibus nemorum atque villarum *Grauenbach*, *Wiſenbach*, porrigentes eisdem de *Otterburg* ſuper præmiſſis omnibus

libellum tandem *Agnes* et *Cunradus* ipſius filius prælibatus revertentes ad cor coram nobis publice cognoverunt, nihil omnino juris in prædictis omnibus et per oblatum libellum deductis in judicium ſe habere, aut ex aliquo contractu præhabito, ſe impoſterum habituros, et quod dicta *Agnes* una cum marito ipſius *Conrado* prætacto nondum dicto *Conrado* filio eorundem procreato, aut etiam filiabus prædicta bona omnia et per libellum ut diximus deducta in judicium coram nobis, *Ul, rico* abbati et conventui de *Otterburg* pro centum et decem marcis puri argenti ipſis integraliter aſſignatis communicata manu votisque cencordibus legitime vendiderunt quemadmodum in literis inde confectis et ſigillo dicti Conradi munitis expreſſius continetur. dicti quoque ad præcavendum memoratis de *Otterburg* et eorum quieti renuntiaverunt omni juri actioni quod et quam contra predictos de *Otterberg* ſe habere aſſerebant fide data firmiter promittentes interpoſito juramento dictam recognitionem et prædictorum bonorum venditionem firmam et illibatam ſe perpetuo habituros. In teſtimonium et robur

bur

bur præmiſſorum præſentem literam noſtro ſigillo duximus roborandam. Actum Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. quinto Kalendas Februarii.

XCVIII.

Agnes relicta Conradi de Lichtenſtein &c. teſtantur venditionem bonorum in Alſenze monaſteri Otterburg factam eſſe legitimam.

Judices Wormatienſes conſtare volumus univerſis, literis præſentibus proteſtantes, quod in noſtra preſentia conſtituti *Agnes* relicta *Conradi de Lichtenſtein* et filius ejus *Conradus* ſtabili aſſertione ſunt confeſſi nihil omnino juris vel etiam proprietatis in bonis dominorum de *Otterburg* in *Alſenzen* ſitis ſuper quibus ejusdem loci abbati et conventui coram judicibus ordinariis ſanctæ ſedis moguntinæ libellum nuperrime porrexerunt ſe habere, aut per aliquem contractum ſuper eisdem bonis præhabitum per ſe vel per aliquem hominum imposterum habituros, fatentes hujusmodi confeſſionem ac publicam recognitionem expreſſius ſuis pa-

 tenti-

tentibus litteris ſe feciſſe ſolennitate debita accedente, et ſub ſigillo noſtro, ac venerabilium Dominarum Prioriſſæ et Conventus ſanctimonialium monaſterii ſ. Lamberti, Spirenſis diocesis et Cuſtodis *Wilhelmi* majoris Eccleſiæ Wormat. easdem literas confirmaſſe, et quod prediсta matrona *Agnes* cum *Cunrado* marito ſuo *de Lichtenſtein* nominata, bona in *Alſenzen* cum omnibus ſuis attinentiis et per libellum contra abbatem et conventum de *Otterburg*, coram judicibus ordinariis ſ. Moguntinæ ſedis deducta in judicium communicata manu parique Conſenſu nondum eorum liberis procreatis legitime vendiderunt *Ulrico* abbati et conventui monaſterii de *Otterburc* ſuperius memorati. In teſtimonium veritatis præmiſſorum noſtrum ſigillum ad petitionem prædictorum *Agnetis* et *Conradi* filiis ejusdem præſentibus duximus appendendum. Actum anno Domini milleſimo duceteſimo ſeptuageſimo duodecimo Kal. Febru.

XCIX.

XCIX.

C. de Wartenberg teſtatur, lapides terminales in Waldmark et Brando poſitos eſſe ſe ſciente et cooperante.

Ego *Conradus Miles de Wartenberg.* univerſis tam præſentibus, quam futuris præſentium continentia deſidero eſſe notum, quod lapides terminales in terminis curiæ meæ *Fronden* juxta *Breidenbornen* inter me, et viros religioſos de *Otterburg*, et participes eorum in nemoribus, ſive ſilvis *Waltmarcken* et *Brand* ſive *Fronden*, pro bono pacis et diſterminatione debita locatos, tam parvos quam magnos albos, ſeu rubeos, qui dicuntur Geilſtein, de mea benigna voluntate, et ratihabitione irrevocabiliter imo et juſſu ſpeciali per meum ſolemnem nuncium *Johannem* mediantibus ſcultetis dictorum nemorum, et aliis manſionariis fateor et proteſtor preſentibus, dictos lapides eſſe locatos. Ne autem ſuper varietate dictorum lapidum impoſterum ulla poſſit oriri occaſio diſturbationis ſeu querelæ Dominis memoratis præſens ſcriptum dictis de *Otterburg* meo ſigillo tradidi

communitum. Anno Domino milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo.

C.

Heinricus de Hohenecken et Margaretha conjux monaſterio Otterburg vendunt bona in Mittelrorbach cum omnibus juribus et nemoribus Waltmarken, Brant &c.

Ego *Heinricus de Hohenecken* et uxor mea *Margaretha*. ut in noſtris temporibus venditorum bonorum in *Mittelrohrbach* per nos facta dominis de *Otterburg* ad notitiam noſtris poſteris proveniat univerſis, ne litis occaſio præſtetur, eisdem decrevimus eandem venditionem præſentis ſcripturæ teſtimonio æternari. meminerint igitur præſentes et futuri, quod nos propter evidentem noſtram neceſſitatem omnia bona noſtra attinentia in curiam *Mittelrohrbach* cum judicio, ſculteto, et ſcabinis, aliisque juribus et conſuetudinibus, per ſcabinorum ſententiam approbatis, nec non et cum nemoribus *Waltmarcken*, *Brant*, *Fronden*, *Kalberg* funditus cum proventibus eorundem in decima Deheme, Medeme cenſibus,

ſibus, atque pratis, aliisque obventionibus, quocunque nomine cenſeantur. Imo cum omnibus hominibus nunc, et in perpetuum ſucceſſivis temporibus, dictæ curiæ attinentibus nihilomnino nobis in his omnibus juris, Libertatis, vel etiam utilitatis reſervantibus, procentum libris hallenſium, in numerata pecunia receptis, et in uſus noſtros utiliter expoſitis, et converſis; viris religioſis, Domino *Henrico abbati* et conventui de *Otterburg* Ciſtercienſis Ordinis, Moguntinæ dioceſis dedimus, et vendidimus pleno jure, ſub juſto emptionis, et venditionis contractu, absque noſtra noſtrorumque ſucceſſorum, ſeu hæredum, vel cohæredum reclamatione, vel etiam contradictione, libere et quiete veluti bona propria et ab onere juris feodalis per omnia libertata perpetuo poſſidenda, ac etiam pro voluntate et libitu convertenda, aſſignantes nomine, et vice ſereniſſimi Domini R. Romanorum Regis ipſa bona omnia, prout ſunt prætacta, in manus Illuſtris domini *Friderici Comitis de Leiningen* Juſtitiarii generalis, et vicem gerentis, in partibus pro bono pacis domini R. Regis, ita ut præfatos, abbatem, et

 con-

conventum in jure poſſeſſoris, bonorum omnium et hominum prædictorum, dictus Dominus *F. Comes de Leiningen*, et ſuus hæres ſibi ſuccedens, proſequendo manuteneatur, donec conſenſum, et ratihabitionem praedictae venditionis, ſub debita privilegiorum confirmatione dominis de *Otterburg* duximus obtinendum ab ipſo domino R. Romanorum Rege, vel in imperio ſibi ſuccedenti, per nos, vel per noſtros haeredes quos ad proſequendum noſtrum promiſſum de praedicta confirmatione, et ratihabitione, et conſenſu, literis praeſentibus irrevocabiliter obligamus ſi nos, quod abſit, medio tempore deceſſerimus, et antequam factus Dominus Romanorum Rex, vel in Imperio ſibi ſuccedens ad regnum veniat tempore quocunque. Praeterea ſuper his omnibus bonis ſupradictis, cum debita effeſtucatione, de non repetendo dicta bona, vel homines ante fatos renuntiamus in his ſcriptis pro nobis, et pro omnibus noſtris haeredibus nobis ſuccedentibus, omni actioni in factum, actioni deceptionis ultra dimidium juſti pretii, omnique auxilio juris Canonici et civilis, omnique beneficio literarum jam impe-

Digitized by Google

impetrato, non obſtante, a quocunque hominum ſit, vel etiam impetrando, per quod prædictæ venditionis effectus a nobis vel a quoquam hominum poſſet aliquatenus irritari vel etiam impugnari. Et ut nos, et noſtri hæredes ad præfatæ venditionis litertationem obtinendam ſolertius intendamus prædictis Dominis de *Otterburg*, in ſolidum conſtituimus fideijuſſores, dominum *F. Comitem de Leiningen Jacobum Stangen Johannem de Lichtenſtein*, *Merbodonem de Breitenburnen*, *Johannem* filiaſtrum. *Ludovicum de Alſenzbrücken. Gozonem Hun*, civem Wormatienſem, hac adjecta conditione videlicet quod ſi nos vel noſtri hæredes in dicta obtentione Libertationis præhabitæ venditionis extiterimus negligentes commoniti fuerint ſuper eisdem ad edendum more fidejuſſorum Lutram intrare tenebuntur, et exinde nunquam exituri, donec præmiſſa omnia, prout narrata ſunt per nos vel per noſtros hæredes fuerint percompleta. hoc etiam adjecto, quod ſi unus fidejuſſor medio tempore deceſſerit, infra menſem nos vel noſtri hæredes alium loco ipſius decedentis fideijuſſorem conſtituere tenebimur indilate,

quod ſi hoc ipſum duxerimus negligendum, dicti fidejuſſores ſuper nos, et noſtros hæredes pariter edere tenebuntur, ut ſupra dictum eſt, quousque fidejuſſor loco decedentis fuerit ſubſtitutus In teſtimonium et robur præmiſſorum, præſentem literam noſtro ſigillo, et ſigillo domini *Comitis de Leiningen*, et *Jacobi Stangen*, nec non et ſigillo civitatis Lutrenſis duximus roborandam. Nos *F. Comes de Leiningen et Jacobus Stanga*, et nos cives de *Lutra* præſentibus profitemur, præſcripta omnia eſſe vera, et ſic geſta prout narrata ſunt, et in teſtimonium veritatis ad petitionem conjugum, *Heinrici* et *Margarethæ*, noſtra ſigilla præſentibus appoſuiſſe. actum et datum Anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo nono in vigilia beati Joannis Baptiſtæ.

CI.

H. de Hohenecken rogat Comitem F. de Leiningen, ut fidejuſſor exiſtat ob bona Otterburgenſi monaſterio vendita.

Illuſtri Domino *F. Comiti de Leiningen*, H. dictus *Hohenecken* ſuus fidelis, et

et *Margaretha* ſua conjux paratam ad omnia complacita voluntatem cum magna promptitudine obſequendi, cum ex evidenti noſtra neceſſitate omnia bona noſtra in curiam *Mittelrohrbach* attinentia, cum omnibus hominibus attinentibus *Waltmarcken*, *Brant*, et *Fronden* funditus cum ipſorum proventibus, et Juribus, prout in literis venditionis inde confectis plenius continetur. religioſis viris Domino abbati et Conventui de *Otterburg* vendiderimus poſſidenda ac pro voluntate et libitu convertenda, ſerenitatis veſtræ confidentiam tanquam in arto poſiti requirimus, et rogamus cum attentione qua poſſumus ex affectu, quatenus cauſa noſtri perpetui ſervitii, ſecundum tenorem literarum noſtrarum vobis oblatum, pro nobis fidejuſſor exiſtere dignemini propter Deum, nec non et loco, imo nomine, et vice Illuſtriſſimi Domini. R. Romanorum Regis dicta bona ſuſcipiatis, que de manibus, literis præſentibus ſub debita effeſtucatione, et abdicatione omnium querelarum, quæ nobis vel noſtris poſteris competere poſſent, in manus veſtras offerimus, et aſſignamus ad præſentandumipſa bona, dominis de *Otterburg* ſuperius memoratis.

CII.

CII.

R. de Hohenecken ſupplicat Rudolpho R. R. ut approbaret litteras Otterburgenſibus ſuper paſcuis in Waldmarck &c. datas.

Illuſtriſſimo ac Dominorum Sereniſſimo Domino R. Romanorum Regi *Reinhardus* ſuus fidelis, dictus de *Hohenecken*, ſe cum debita ſubjectionis reverentia manifeſta, cum multa promptitudine obſequendi. Requirentibus et omni devotione poſtulantibus viris religioſis in Chriſto dilectis Dominis de *Otterburg* veſtræ regiæ Majeſtati præſentibus duxi humiliter proteſtandum, pariter et profitendum, quod quidquid gratiæ aut donationis ſeu atteſtationis ſuper *Waltmarcken* et *Brant*, et *Fronden*, prout literæ meæ poterunt proteſtari, eisdem dominis et eorum animalibus me feciſſe ſuper evagatione animalium eorundem, præſentium ſerie conteſtor, tanquam de verbo ad verbum præſentibus perorarem; Imo verum etiam ſi opportunitas ſe offeretur, in perſona propria per ordinem proteſtatur: unde veſtræ ſerenitati provolutis genibus ſupplico pro eisdem quatenus

Digitized by Google

nus literarum mearum tenorem ipſis per me porrectum, libertate regia dignemini approbare.

CIII.

Eccleſia parroch. ſ. Albani tradita monaſterio in Otterburg &c.

Honorabilibus Viris Dominis Decano et Capitulo Eccleſie Mogunt. Abbas totusque Conventus monaſterii in *Otterburch* Ordinis Ciſtercienſis preſentis et eterne ſalutis augmentum. In ſignum recognitonis beneficii Eccleſie parochialis *ſancti Albani* Mog. Dioc. cujus ad nos jus pertinet patronatus per Reverendum Patrem et Dominum noſtrum Dominum *Gerhardum* Archi-Epiſcopum Magunt. nobis et per nos monaſterio noſtro facti, prout litere ſue deſuper nobis ac ipſi monaſterio noſtro date declarant, nobis et eidem monaſterio noſtro pro ſublevamine noſtre indigentie clementer impenſi ad dandum vobis et veſtre Eccleſie Mogunt. in perpetuum annuatim et per noſtrum nuntium in ipſa noſtra Eccleſia preſentandum, duas libras cere ponderis Mogunt. in ſollempnitate beati Martini preſulis

ſulis eximii veſtri patroni hyemali propter ſollempnitatem eandem celebrius peragendam, nos noſtros ſucceſſores et ipſum noſtrum monaſterium preſentis ſcripti ſigillo noſtro muniti teſtimonio liberaliter et firmiter obligamus. Anno Dni M° CC° LXXX° Idus Maji.

Hæc parochia eſt ſub Archidiaconatu Præpoſiti Metropolitanæ Mogunt. *Vid. Diœceſis Mog. in Archidiaconatus diſtincta Tom. I. pag. 89.*

CIV.

Heinricus de Hohenecken cum conjuge ſua vendit curiam ſuam in Mittelrorbach cum attinentys, juribus et nemoribus Waltmarcken &c. monaſterio Otterburg.

Nos *Heinricus de Hohenechen* et *Margretha* uxor mea, tenore præſentium proteſtamur, et notum eſſe volumus univerſis, quod nos Anno Domini MCC. Septuageſimo nono curiam in *Mittelrohrbach*, cum judicio, ſculteto et ſcabinis, ac hominibus omnibus in ipſam curiam attinentibus: Imo cum omnibus juribus, et conſuetudinibus, atque bonis, in agris, pratis, aquis, et nemo-

nemoribus *Waltmarcken*, *Brant*, *Fronden*, et *Kalenberg* funditus cum proventibus eorundem in decima Deheme, Medeme, et cenſibus, aliisque obventionibus, etiam quocunque nomine cenſeantur, nihil juris in his omnibus nobis reſervantibus, nomine dotis, vel alterius conſuetudinis, ex ipſis bonis propter noſtram evidentem neceſſitatem, pro centum libris hallenſium, nobis integraliter aſſignatis, et in uſus proprios commutatis, viris religioſis domino Abbati *Heinrico*, et conventui de *Otterburg* Ordinis Ciſtercienſis, Moguntinæ dioceſis, dedimus, et vendidimus proprietatis titulo perpetuo poſſidendam, et prout voluerint, convertendam, cum bonis omnibus, ſeu ſingulis ſupradictis, absque noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum omnium reclamatione, præterea ad majorem cautionem, et ad debitam firmitatem dictæ venditionis, cum jam dictam curiam cum bonis omnibus prætaxatis in feodo habuerimus ab imperio ſereniſſimo domino *Rudolpho*, Romanorum Rege pro nominata curia in *Mittelrohrbach* cum præmiſſis attinentiis, cum molendino noſtro et proventibus ejusdem in *Lamprechts*-

prechtsmülen, et jam prato ſimiliter noſtro Juxta *Hanſemanneshuſen*, ſub *Wolvenſtein*, gratam fecimus recompenſam, obtinentes ratihabitionem prædictæ venditionis quemadmodum in Literis tam de ratihibatione, quam de ipſa recompenſa confectis expreſſius continetur. Et ut prædictorum curiæ, et bonorum venditio inconvulſa in ævum jugiter irrevocabilis perſeveret, a nobis, et a noſtris ſucceſſoribus univerſis renunciamus in his ſcriptis omnibus exceptionibus, juris Canonici, et civilis, omnibus literis impetratis, vel etiam impetrandis, quibus præſens ſcriptum poſſet aliquatenus irritari, vel etiam impugnari, præſentem literam in teſtimonium et robur omnium præmiſſorum, noſtro ſigillo duximus roborandam. Actum ut in præſentibus. Datum anno Domini Milleſimo CC. octugeſimo ſecundo ſabbatho ante diem purificationis virginis glorioſæ.

CV.

Digitized by Google

CV.

R. R. R. Confirmat venditionem curiæ in Mittelrorbach &c. ab H. et M. de Hohenecken Otterburgenſi monaſterio factam.

Nos *Rudolphus* Dei gratia Romanorum Rex ſemper auguſtus. Ad univerſorum notitiam volumus pervenire, quod dilecti fideles noſtri *Heinricus de Hohenecken*, et *Margaretha* uxor ſua, venditis in proprium religioſis viris abbati, et conventui in *Otterburg* Ciſtercienſis Ordinis devotis noſtris dilectis pro centum libris hallenſium, omnibus bonis ſuis attinentibus curiæ in *Mittelrohrbach* cum Judicio ſcultetis, ſcabinis, aliisque juribus et conſuetudinibus, nec non nemoribus *Waltmarcken, Brant*, *Fronden*, *Kalberg*, cum proventibus eorundem in decimo Deheme, Medeme, cenſibus atque pratis, aliisque utilitatibus, quocunque nomine cenſeantur, nec non hominibus omnibus ad curiam prædictam ſpectantibus. quæ quidem omnia bona prædicti *Henricus*, et uxor ſua, a nobis, et imperio tenuerunt in feodum humiliter petiverunt, quod nos venditionem hujus-

modi ratam habere vellemus, et gratam, ipſamque literis noſtris præſentibus confirmare. nos itaque volentes, fidelium noſtrorum votis et precibus ubilibet occurrere per effectum, venditionem eorundem bonorum ratam habemus et gratam, ipſamque tenore præſentium confirmamus, receptis in recompenſationem prædictorum bonorum molendino dicto *Lamprechtsmüle*, quod ſingulis annis ſolvit viginti octo maldra ſiliginis, et triginta ſolidos hallenſium, nec non nemoribus circumjacentibus annuatim ſolventibus ſeptem maldra, cum prato in *Heinzenmanneshauſen*, ſito ſub caſtro *Wolveſtein*, quæ inquam bona, præfati *Heinricus* et *Margaretha*, juxta æſtimationem nobilis *F. Comitis de Leiningen*, cui vices noſtras in hac parte commiſimus, in recompenſam venditorum bonorum noſtris manibus reſignata, receperunt a nobis, et Imperio feodali titulo perpetuo poſſidenda, in cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum Majeſtatis noſtræ ſigillo Juſſimus communiri. Datum apud *Lutream* quarto Calendas Februarii Indictione decima anno Domini Milleſimo CC. octogeſimo ſecundo Regni vero noſtri anno nono.

CVI.

Digitized by Google

CVI.

Trium Hirſutorum Comitum Symonis, Henrici et Emichonis fratrum Charta de bonis Abbati Otterburgenſi a ſe venditis 1283.

Nos *Symon* Dei gratia Cantor Majoris Eccleſie Wormatienſis litteris preſentibus notum fieri cupimus, quod cum noſtri Germani *Heinricus Comes de Boumenburg* et *Emicho* Canonicus Majoris Eccleſie Wormatienſis bona eorum propria ſita in terminis ville *Gundramsheim* videlicet centum quinquaginta jugera agri campeſtris, ex quibus duo jugera ſunt prata, item quindecim jugera vinearum et preter hec ſpecialiter quinque jugera vinearum que habuerunt a *Domina de Eberſtein*, inſuper duas curias, unam in *Gundramsheim*, aliam in *Onisheim*, ab omni cenſu, precaria, exactione, ſervitiis una cum bonis omnibus predictis liberas, excepto cenſu quinque ſolidorum hallenſ. et dimidia ama Vini hunatici, que dant annuo in cenſu Dominis de Eccleſia ſ. Petri Wormat. et duos denarios Wormatienſes, quos ſimiliter annuatim dant in cenſum Dominis

 de

de ſ. Andrea Wormat. religioſis Viris Abbati et conventui in *Otterburg* Cyſterc. Ordinis pro trecentis quinquaginta libris hallenſ. vendidiſſent, nos pro majori cautione libertatis bonorum preſcriptorum Abbati et Conventui antedictis bona noſtra propria, que habemus *in Fremersheim* pro duodecim maldris ſiliginis Wormatienſis menſuræ perpetue penſionis nomine in ſuppignore conſtituimus per preſentes, ut ſi forte a predictis bonis cenſus aliqui, excepto cenſu ſuperius nominato, precarie, exactiones, ſervicia ſub forma cujuscunque rationis juris ſive etiam conſuetudinis per quoscunque homines ex nunc vel impoſterum quocunque tempore exigantur, de predicta penſione in *Frimersheim*, ſive de bonis, de quibus penſio ipſa cedit, ab hujusmodi gravamine ſive dampno ſe exhonerare valeant integraliter et ex toto. In teſtimonium premiſſorum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Actum et datum anno Domini MCCLXXX. tercio, die beate Margarethe Virginis.

Nos vero *Heinricus* Comes et *Emicho* Canonicus predicti preſentibus publice proteſtamur, bona noſtra, que habe-

habemus communia in *Fremersheim* Abbati et Conventui ſepe dictis pro ſuppignore nos ſpecialiter conſtituiſſe, ut ſi forte bona fratris noſtri ſ. Cantoris prefati precarias, exactiones, cenſus, preter eum, qui ſupra ſcriptus eſt, vel eciam ſervicia de bonis premiſſis, eisdem per nos venditis quacunque de cauſa requiſita vel requirenda dampnum, quod de hujusmodi moleſtiis habuerint, non ſufficiunt ad deponendum de bonis noſtris ſuperius ſuppignoratis absque omni reclamacione noſtra vel noſtrorum heredum ſe ab omni dampno ipſis illato commode ac libere valeant excuſare. Ut autem premiſſa omnia robur obtineant debite firmitatis, ſigilla noſtra preſentibus litteris una cum ſigillo fratris noſtri ſ. Cantoris predicti duximus apponenda in teſtimonium veritatis. Actum et Datum anno et tempore ſupra ſcripto.

CVII.

W. et C. de Duna vendunt ſuam partem nemorum Waltmarck &c. Otterburgenſibus.

Nos *Wiricus* et *Cunigundis* collateralis mea *de Duna* tenore preſentium

 prote-

proteſtamur, et notum facimus univerſis quod nos communicata manu, parique conſenſu viris religioſis Dominis *Heinrico abbati*, et conventui in *Otterburg* Ordinis Ciſtercienſis Moguntinæ dioceſis, omnia bona noſtra in nemoribus *Waltmarcken*, *Brant*, *Fronden*, et *Kalenberg* funditus cum omnibus attinentiis, et contentis infra terminos eorundem nemorum et ſilvarum, videlicet in agris, paſcuis, rubis, et aquis nec non proventibus eorundem in decima deheme, Medema, cenſibus, pullis et avena, aliisque obventionibus et juribus quorumcunque nomine cenſeantur. Inſuper liberam evagationem animalium eorundem, concedimus eisdem in omnibus locis in quibus hactenus habuerunt, nihil nobis juris, nomine dotis, vel alterius conſuetudinis in his omnibus reſervantes, pro evidenti neceſſitate noſtra, pro centum octoginta talentis hallenſium vendidimus, in proprium perpetuo poſſidenda, et prout voluerint convertenda. Et ne propter malitiam hominum quæ de die in diem non decreſcit, ſed accreſcit prædicti abbas et conventus vel eorum ſucceſſores aliqua moleſtiæ, vel perturbationis

Digitized by Google

bationis nebula ſuper his impoſterum agitentur, renuntiamus nomine noſtro, ſucceſſorumque noſtrorum omni juris auxilio Canonici et civilis conſuetudinario et ſtatuto et exceptioni non numeratæ pecuniæ, et actioni in factum ac juri dotis et aliis quibuscunque, qui opponi vel obiici poſſent, contra prædictos venditionis, ſeu translationis contractus, et formam eorundem, ac præſens publicum inſtrumentum, quod prænotatis abbati, et conventui, ſigillis noſtris tradidimus communitum. In teſtimonium et robur omnium præmiſſorum, confitentes de predicta pecunia integraliter, nos pagatos, conſtituimus nihilominus ſæpe fatis abbati et conventui fidejuſſores in ſolidum *Emberchonem de Lewenſtein Johannem de Lichtenſtein Eberhardum de Ramſtein*, et *Hugonen* dictum *Sclumpen Zweinbrucken* pro plena warandia a die venditionis ad annum et inantea perpetuo duratura. Nos *Cunegundis* prædicta promittimus fide præſtita corporali, nec per nos nec per alium prædicta omnia reclamare ſed prout vices ſuppetunt, et facultates, defendere, et tueri. actum et datum anno Domini Milleſimo ducen-

 teſimo

teſimo octogeſimo quarto In die purificationis virginis glorioſæ.

CVIII.

Walramus Præpoſitus Wormat. dimidiam ſuorum partem bonorum in Abenheim legat Otterburgenſibus.

Walramus Dei gratia Prepoſitus Majoris Eccleſie Wormat. omnibus preſens ſcriptum intuentibus ſalutem in omnium ſalvatore. Quoniam humana vita brevis, breviter in brevi finietur, caſu cotidiano teſte, felices illos eſtimare debemus, qui Dei gratia miſericorditer inſpirante, cum hora mortis nihil incercius habeat, noviſſimis diligencia ſumma ſatagunt providere, quia qua igitur cenſideracione moti ſpe remuneracionis eterne in nomine Dei, ne inteſtati decedamus, quod abſit, de bonis noſtris in *Abenheim* ſitis, que ibidem juſto titulo emptionis libera et ſoluta ab omni honere ſervicii, preter cenſum Fuldenſem et quinque hallenſes vulgariter dictos Gremenphenninge comparavimus, voluntarium conficimus teſtamentum. Legamus igitur dimidia bona noſtra predicta in *Abenheim* Eccleſie

cleſie et conventui in *Otterburg* Ordinis Cyſterc. Mog. Diœc. omni jure et modo, quo ea hactenus tenuimus et ea reſignamus Dominis et conventui predicto in *Otterburg* et eos mittimus in corporalem poſſeſſionem per preſentes, quem ad modum fecimus coram ſculteto et ſcabinis in *Abenheim*, ſecundum quod curtis ibidem dinoſcitur fore ſita, ita tamen, quod dicti Domini de *Otterburc* in remedium anime noſtre et parentum noſtrorum diebus ſabbathis miſſas de Domina noſtra celebrabunt, niſi alia ſolemnitate ſuperveniente; de qua oporteat celebrari, impediantur. Preterea dicti Domini et Conventus in *Otterburch* participem nos faciant omnium bonorum, que ibidem ſeu alias in Ordine ipſorum, Miſſarum ſolemniis, orationibus, jejuniis et vigiliis peraguntur. Et ut hec Ordinatio noſtri teſtamenti, ſecundum quod ſuperius eſt expreſſum, rata permaneat et inconvulſa omni evo, patrui noſtri dilecti *Fridericus* Senior et *Emicho Comites de Lyningen* una nobiſcum ſigilla ſua duxerunt preſentibus apponenda. Datum et actum anno Domini M° CC° LXXX° IIII° in Craſtino Aſſumptionis beate virginis.

CIX.

Rudolphus Rom. Rex confirmat venditionem nemorum Waltmark &c. a W. et K. de Duna monaſterio Otterburg factam.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper auguſtus univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus præſentes literas inſpecturis. Gratiam ſuam, et omne bonum, ad univerſorum notitiam volumus pervenire, quod dilecti fideles noſtri, *Wiricus de Duna*, et *Kuneguudis* uxor ſua, vendiderunt in proprium religioſis viris abbati et conventui de *Otterburg* Ciſtercienſis Ordinis, devotis noſtris dilectis ſilvam ſuam, et nemora ſua *Waltmarcken*, *Brant*, *Fronden*, et *Kalberg* cum pertinentiis, et proventibus eorundem omnibus, quocunque nomine cenſeantur, et inſuper univerſa bona ſua in eisdem, et nemoribus ſive ſilvis ſita. quæ nemora ſive ſilvas et bona prædicta univerſa iidem *Wiricus*, et *Kunigundis*, conjuges a nobis et imperio in feodum tenuerunt, pro centum, et octoginta libris hallenſium numeratæ pecuniæ, et eis in integrum perſolutis, et eisdem abbati, et con-

conventui prædicta omnia communicata manu, et conſenſu unanimi liberaliter reſignarunt, et nobis humiliter ſupplicarunt, quod venditionem hujusmodi ratam habere vellemus, et gratam, ipſamque literis noſtris patentibus confirmare, et acceptare in recompenſam omnium prædictorum, bona eorum propria inferius nominata. Nos itaque volentes fidelium noſtrorum votis et precibus ubilibet ocurrere per effectum in recompenſationem nemorum, ſilvarum, et bonorum predictorum, recepimus in villa *Hockenſtein* de allodio eorundem cenſuum, tredecim uncias hallenſium annuales, et molendinum in eadem villa, decem maldra ſiliginis, et decem maldra avenæ perſolventem annuatim, et porcum unum, tredecim uncias hallenſinm valentem, et dimidium. Item molendinum in *Hertingiſuuilre* viginti maldra ſiliginis, et totidem avene, Lutrenſis menſuræ per omnia et quinque libras hallenſium perſolventem nomine cenſuum annuatim. Item molendinum in *Horbach* decem maldra ſiliginis, et novem uncias hallenſium valentem annis ſingulis, et in eadem villa decem ſolidos. — et octo hal-

hallenſes de allodio ſuo nomine cenſus provenientes annuatim. quæ omnia ipſis proprietatis titulo aſtricta, et per eosdem nobis et Imperio, juxta æſtimationem *Henrici de Hohenecken* dilecti fidelis noſtri *Nurenberger* civis de *Lutra* et *Heinrici* dicti *Ritter*, in recompenſationem bonorum venditorum et expreſſorum ſuperius reſignata, *Wiricus* et *Kunigundis* conjuges prædicti receperunt a nobis et imperio feodali titulo perpetuo poſſidenda. et ex hoc venditionem nemorum, ſilvarum, et bonorum ſuperius expreſſorum ratam habemus et gratam, ipſamque tenore præſentium confirmamus. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum Majeſtatis noſtræ ſigillo fecimus communiri. Datum *Lutræ* Kallendas decembris. Indictione decima ȝtia. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo quarto Regni noſtri anno duodecimo.

CX.

Legatum Wilhelmi pl'ebani in Dieppach ad refectionem Conventus in Otterburg.

In nomine Domini Amen. Cum facilius ab humana labantur memoria, qui

qui nullius ſcripti teſtimonio roborantur, nos *Fr. G.* dictus *Abbas* et Conventus monaſterii in *Otterburg* atteſtatione preſentis pagine innoteſcere cupimus univerſis Chriſti fidelibus preſentibus et futuris, quod cum vir honeſtus Dominus *Wilhelmus* plebanus in *Dieppach* erga nos annuam et perpetuam penſionem duarum marcarum denariorum aquenſium et dimidie carrate vini, de vinea dicta an der urte ſita in terminis ville ſuperiori *Heymbach* per Magiſtrum curie noſtre in *Heymbach* per ſolvendam, qui in eadem curia pro tempore fuerit. a nobis legitime comparaverit et ordinaverit in remedium anime ſue et omnium progenitorum ſuorum, ut ſingulis annis in Dominica qua cantatur: *invocavit* de dictis duabus marcis per cellerarium coquine monaſterii noſtri piſces ad refectionem noſtri conventus debeant fideliter comparari, ita tamen ſi eo tempore recentes haberi non poterunt, ſaltem ſalſi pro eadem pecunia comparentur, dimidia autem carrata vini franci predicta debet una cum piſcibus ad refectionem eandem ſimiliter aſſignari. et ſi quid de ipſo vino remanſerit die ſequenti ad melioratio-

rationem potus dicto conventui miniſtretur. Nos devocionem dicti Domini *Wilhelmi* et affectum ejus fidelem circa nos non immerito attendentes ordinationem predictam promittimus bona fide pro nobis et pro poſteris noſtris in perpetuum ſervaturos, hoc eligentes, ut, ſi quod abſit de premiſſis aliquid quolibet anno conventui ſepedicto ſubtractum fuerit in parte vel in toto, venerabiles Domini Decanus et Capitulum Eccleſie Pingwenſis, cum ad eos delatum fuerit a nobis illo anno requirant et nos hoc eis dare ſine contradicione qualibet teneamur, in alios pios uſus ab eis, ut decreverint, convertendum. In cujus rei teſtimonium et perpetuam memoriam ſigillum noſtrum una cum ſigillo venerabilium virorum decani et Capituli Eccleſie Pinguenſis preſentibus ſunt appenſa. Et nos Decanus et Capitulum predicti ad inſtanciam et peticionem prefati *Wilhelmi* ſigilla noſtra appendimus huic carte. Actum et Datum anno Domini M° CC° nonageſimo tercio in aſſumpcione beate Marie virginis.

CXI.

Digitized by Google

CXI.

Rudolffus Comes Palatinus libertatem a theloneis ſuis prius jam conceſſam Monaſterio in Otterburg repetit.

Nos *Rudolffus* Dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bavariæ &c. notum facimus præſentium inſpectoribus univerſis, quod juxta tenorem privilegiorum illuſtrium quondam Domini *Ottonis* Palatini Reni Ducis Bavariæ avi noſtri cariſſimi et *Ludovici* Patris noſtri dulciſſimi felicis recordationis, volentes ipſorum veſtigiis ſideliter inhœrere ob remiſſionem peccatorum eorundem progenitorum noſtrorum et noſtrorum religioſis viris Domino Venerabili Abbati et conventui monaſterii ſanctæ Mariæ in *Otterburg* Ciſtercienſis Ordinis concedimus, ut redditus ſuos, quos de bonis et poſſeſſionibus ſuis habuerint et nuncii eorum juramentis ſuis declaraverint ſuos eſſe absque impedimento quolibet noſtro et officialium noſtrorum ſine requiſitione thelonei in locis theloneorum noſtrorum deſcendendo deducant et aſcendendo ea, quibus pro uſibus ſuis ac prælibati monaſterii ſui indiguerint, etiam aſcenſu ſuo reducant libere

bere et ſolute. juxta conceſſionem præterea prædicti Patris noſtri prænotatis Domino Abbati et conventui præfati monaſterii concedimus, ut cum pecoribus et animalibus ipſorum cujuscunque ſint generis ſeu ætatis in quærendis paſcuis, aquis, glandibus et nemoribus in terminis circa *Elbſtein* evagacionem liberam habeant et quietam. In cujus rei teſtimonium præſentes damus ſigilli noſtri robore communitas. Datum in *Fürſtenberg* anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto, pridie idus Novembris.

CXII.

Arbitrium Johannis de Randecke ſuper bonis Otterburgenſis monaſterii litigioſis. 1298.

Nos *Johannes miles de Randecke* dictus recognoſcimus ad univerſorum noticiam devenire volentes, quod cum honorabiles viri ſcultetus et univerſi conſules in *Oppenheim* controverſiam, que inter religioſos viros Abbatem et Conventum in *Otterburg* Ord. Ciſterc. Mog. Diœc. ex una et *Heylemannum Zimmeren*, *Conradum Brunknappe*,

Gerla-

Digitized by Google

Gerlacum de Ulersheim et eorum complices ex parte altera ſuper bonis ſitis in villis *Gondermesheim* et *Onesheim* et terminis earundem vertebatur, ad inveſtigandam veritatem et jus utriusque partis, et eandem controverſiam ſeu litem fine debito decidendam de conſenſu earundem partium nobis in poteſtate plenaria commiſiſſent, nos a partibus hinc inde productis teſtibus auditis et examinatis diligenter, ſecundum quod teſtes de jure audiri ſolent et debent et eisdem atteſtationibus et quod circa ipſas noſtrum animum de jure movere poterant et debebant, una cum ſtrenuo Domino *Eberhardo Comite de Katzenellenbogen* et honorabilibus viris et diſcretis conſulibus univerſis in *Oppenheim* predictis et aliis quam pluribus fide dignis diligenter perſpectis, de quorum conſilio et conſenſu unanimi definitive ſententiando pronunciamus: *Heylemannum Zimmer*, *Conradum Brocknappe*, *Gerlacum de Ulersheim* et in ea parte complices in bonis de quibus eſt lis in villis *Gundermesheim* et *Unesheim* ſitis et earum terminis, que quondam fuerunt *Agnetis Begine* relicte quondam *Baldemari* bone memo-

 rie

rie nihil penitus juris habere et ipſa bona ad religioſos viros Abbatem et Conventum in *Otterburg* ante dictos pleno jure pertinere ſecundum quod in atteſtacionibus luce clarius eſt expreſſum. In cujus rei teſtimonium et perpetuam firmitatem preſentem litteram conſcribi fecimus et noſtri ſigilli munimine roborari. Datum anno Domini M° CC° XCVIII. in die beati Bonifacii Epiſcopi.

CXIII.

Conſulatus Lutrenſis circa jura ſilvarum Brant et Waltmark arbitratur ſtandum eſſe pro litteris et documentis Monaſterii Otterburgenſis.

Conſules totaque univerſitas civium Lutrenſium univerſis præſens ſcriptum intuentibus notitiam ſubſcriptorum. conſtituti coram nobis *Clubino*, ac cellerario *Beruningo*, Judicium regis præſentibus, ſcabini videlicet *Johannes*, et *Heilmannus* de *Synckenbach*. *Heinricus* burgere dictus et *Gerhungus* de *Balbornen Fridericus Conradus* dictus. *Cerre*, ac *Sifridus* deputati ad pronuntiandum jura. ſcilicet zu *Brande*, et in *Waltmarcken* ſilvam cum ſuis pertinentiis

tiis in curiis ſeu convocationibus villarum *Rohrbach*, et *Mittelrohrbach*, vel in *Alſenzen* profitebantur, et profeſſi ſunt publice coram nobis, ſe amplius præciſe cum ſucceſſoribus ſuis ſubjugari ac ſubjugatos eſſe juramento præſtito, et aſtrictos jurisdictioni religioſorum virorum abbatis et conventus monaſterii Otterburgenſis quam habere ad prefatas ſilvas, jure dignoſcuntur. ſe inſuper, et ſuos ſucceſſores debere ac juramento obligatos eſſe, ad pronuntiandum perpetuo jura dictarum ſilvarum, nec non proventuum earundem, quocunque nomine cenſeantur, pro arbitrio et voluntate dictorum virorum religioſorum, in quacunque dictarum ſilvarum ſibi placuerit et videbitur expedire, ſecundum ſuarum ſuper his confectarum continentiam literarum. In cujus robur et teſtimonium evidens ad petitionem præfatorum virorum religioſorum atque ſcabinorum noſtrum ſigillum præſentibus duximus apponendum. Et nos abbas et conventus, et ſcabini prœdicti hujusmodi petitionem ſimpliciter profitemur, nec in perpetuum intendimus revocare. Data et acta ſunt hæc Anno Domini Mille-

 ſimo

ſimo ducenteſimo nonageſimo nono pridie Idus junii.

CXIV.

Adelheidis Abbatiſſa ſanctimonialium ſancti ſpiritus apud Alzeiam reſignat abbati in Otterburg molendinum in Biſcovesheim Mönch-Biſcheim

1300.

Nos ſoror *Alheidis* Abbatiſſa totusque Conventus ſanctimonialium ſancti ſpiritus apud *Alzeiam* Ord. Cyſterc. Mogunt. Dioc. preſentibus recognoſcimus et fatemur, quod ad precum inſtanciam et benivolum aſſenſum nobilis viri militis dicti *Vadir de Kircheim* omne juris ſuffragium, quod habuimus ſeu habere dinoſcimur in molendino ſito in villa *Biſchovisheim* et orto eidem molendino adjacenti et aque ductu per pratum dicti militis, quod volgariter dicitur Dich nec non et undecim unceis hall. et tribus hall. cum dimidio et octo capponibus perpetui cenſus Venerabili Domino Abbati et conventui in *Otterburg* reſignavimus et conferimus in hiis ſcriptis pleno jure perpetuo poſſidendum, renuntiantes omni juri Canonico

nonico et civlli, gratiis, litteris impetrandis, qua vel quibus preſens ſcriptum poſſet aliquatenus confirmari *). In teſtimonium omnium premiſſorum ſigillum noſtrum preſentibuseſt appenſum. Actum et Datum anno Domini M°. CCC°. Dominica *Exurge*.

*) Fort. infirmari.

CXV.

Litteræ venditionis bonorum in Offenheim pro monaſterio in Syon.

Wir *Heyrich* unde *Heynrich* gebrudere di do heyzin *di Boſſche von Uffinheim* dun kunt allen den di dieſen brif geſehint odir gehvrint leſin, daz wir firkauft han deme convente des cloſters ſon *Syon* unſir Gud zu *Uffinheim* und zu *Bechirh*, ez ſi eygen oder erbe, und allez daz wir han zu beidin durſin, in velde oder in durfe und auch daz Gerethe zu *Uffinheim* halbiz, daz wir gemeyne han bit. unſern federn hern *Herdenen* und han in di vorgenante gut und gerethe verkauft vor reht eygen und wande des gudes eyn deil und daz gerethe beide in durfe und in felde len iſt unſir und unſirs federn des forgenanten, darumbe geloben wir for

uns unſern federen und auch ſeine kint daz wir und auch ſie deme vorgenanthin Convente allez daz do vorgenant iſt, eygin ſolin machen bit unſern herrin, von den di Len rurint &c. &c. und han allis des do vorgeſchriben iſt, burgin geſezzit di hinach geſchribin ſint, hern *Cunradin* den *Rugravin*. . . . hern *Wolframyn* und hern *Syfridin von Lewenſteyn*, hern *Helfrichin Walt*, hern *Pe'irn Luifridin*, hern *Heynrichin Waltman* hern *Cunrad Mauchinheim*, herrn *Stevin von Enſintheim* di Rithere und *Ottin Waltman*. . . . diſe gut und gerethe han wir virkauft umbe ſibin hundert punt haller &c. daz dez ſtede und veſte verlibe von uns und unſirn erbin, wande wir nit eygin ingeſigele in han, ſo han wir gebeden hern *Cunradin* den *Rugravin*, hern *Wolframin* und hern *Syfridin von Lewenſtein* &c. dirre brif wart gegebin da man zalde nach godis geburt duſent jar unde dru hundert und dru jar an ſ. Bartholome.

Digitized by Google

CXVI.

Gerardus Archiep. Mog. monaſterio in Otterburg incorporat parochiam in Alſenze.

Gerhardus Dei gratia ſanctæ moguntinæ ſedis archiepiſcopus ſacri Romani Imperii per germaniam archicancellarius, dilectis in Chriſto abbati et conventui monaſterii in *Otterburg* Ordinis Ciſtercienſis, ſalutem cum affectu ſincero; ne pro defectu temporalium a profectu ſpiritualium, quibus vos et fratres Ordinis veſtri, ſicut ſcimus apud quos velut in horto delitiarum vere ſanctus ſpiritus in permultis operibus pietatis et miſericordiæ requieſcit, tam pro vivis, quam defunctis inſiſtitis inceſſanter, deſiſtere forſitan vos contingat, vobis Eccleſiam parochialem in *Alſenzen* noſtræ diœceſis pro vera ſuſtentatione incorporamus, quantum in nobis eſt, liberaliter et unimus. ita tamen, ut eadem Eccleſia, cujus ad vos jus patronatus dicitur pertinere per clericum ſecularem loci archidiacono præſentandum a vobis et per ipſum juxta morem inveſtiendum regatur. cui tantum de bonis ipſius eccleſiæ præcipimus aſſignari,

unde congruam ſuſtentationem poſſit habere, hoſpitalitatem ſervare, epiſcopalia et archidiaconi jura in omnibus perſolvere, quæ volumus ante omnia et ſuper omnia ſalva eſſe, alioquin præſentem gratiam vobis factam, volumus eſſe nullam. Datum in *Aſchaffenburg* anno Domini milleſimo trecenteſimo tertio Octavo Idus decembris.

CXVII.

Conſenſus Archidiaconi ſ. Victoris ſuper incorporatione prædicta.

Nos *Wernherus de Bolandia* Dei gratia præpoſitus Eccleſiæ ſancti victoris, canonicus moguntinus tenore præſentium recognoſcimus et publice proteſtamur. quod cum venerabilis Dominus noſter *Gerhardus* ſanctæ moguntinæ ſedis archiepiſcopus dilectorum in Chriſto abbatis et conventus monaſterii in *Otterburg* Ciſterc. Ordinis moguntinæ dioceſis, merita et devotionem attendens, ad reſtaurandam miſericorditer ejusdem monaſterii inopiam Eccleſiam in *Alſenzen* mogunt. dioceſ. cujus jus patronatus ad eosdem dignoſcitur pertinere cum Conſenſu Decani et capituli mogun-

Digitized by Google

moguntini voluntario et expreſſo eorum uſibus cum univerſis ejus pertinentiis perpetualiter duxerit applicandam. ita videlicet, quod per vicarium idoneum nobis loci archidiacono vel noſtris ſucceſſoribus præſentandum, in ipſa Eccleſia debite procurabunt divina, cui de proventibus ejusdem eccleſiæ portionem congruam miniſtrabunt, de qua idem domino noſtro archiepiſcopo moguntino, nobis aut ſucceſſoribus noſtris, de juribus noſtris prout eſt debitum, valeat reſpondere piam ordinationem hujusmodi factam de ipſa eccleſia gratam, ratam habentes eidem adhibemus noſtrum conſenſum voluntarium et expreſſum. In cujus rei evidentiam et perpetuam firmitatem præpoſituræ noſtræ ſigillum præſentibus eſt appenſum. Datum et actum anno Domini milleſimo trecenteſimo tertio. in adventu Domini.

CXVIII.

Capituli Moguntini Conſenſus ſuper præmemorata incorporatione parochiæ Alſenze.

Decanus totumque Capitulum Eccleſiæ moguntinæ religioſis viris abbati et

 con-

conventui monaſterii in *Otterburg* Ordinis Ciſterc. mogunt. dioceſ. ſalutem in Domino. Literam reverendi patris et Domini noſtri *Gerhardi* archiepiſcopi Moguntini recepimus et legimus in hæc verba (ſequitur tenor diplomatis integri p. 407.) ad utriusque igitur vitæ felicitatem nobis prodeſſe non ambigimus et ſalutem, ſi religionem veſtri ordinis et profeſſores ejusdem Jeſu Chriſti ſervitiis deputatos in omnibus eorum negotiis favore benevolo proſequentes monaſterium veſtrum in *Otterburg* divino cultui dedicatum curavimus ampliare, et pro veſtro commodo piæ intentionis voluntate, facultates ejus favorabiliter adaugere. Unde tenori præmiſſo noſtrum adhibemus et impertimur conſenſum voluntarium, benevolum, liberum et expreſſum. teſtimonio hujus ſcripti noſtri munimine roborati. anno Domini Milleſimo CCC. quarto. in octavo Kalendas februarii.

CXIX.

CXIX.

Eccleſia in Alſentz tradita monaſterio Otterburg et promittitur redhoſtimentum.

Univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis nos Frater *Johannes* dictus *Abbas* et Conventus monaſterii in *Otterburg* Ordinis Ciſterc. Mogunt. Dyoc. volumus eſſe notum, quod non immemores beneficii a Reverendis Dominis Dno Decano et Capitulo Majoris Eccleſie in *Alſencie* nobis ac noſtris ſucceſſoribus impenſi, ad perpetuum penſum noſtre ſervitutis nos in perpetuum ac noſtros ſucceſſores preſentibus obligamus, quod annuatim in feſto beati Martini tenemur ad uſus majoris Eccleſie ſupradicte in *Moguntia* duas libras cere per nos vel noſtros nuncios preſentare. In cujus rei teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Dni M° CCC° IIII° infra octavam purificationis.

Digitized by Google

CXX.

Rudolphus Comes Palatinus Rheni Curiam monaſterii in Otterburg pronuntiat liberam.

Nos *Rudolphus* Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ notum facimus præſentium inſpectoribus univerſis, quod cum fidelis noſter *Johannes* miles, dictus *de ſancto Albino*, nec non legitima uxor *Catharina* communicata manu, parique conſenſu partem curiæ religioſorum abbatis et Conventus de *Otterburg* Ordinis Ciſterc. moguntinæ diœceſis in villa *Alſenzen* ſitam, cum omnibus attinentiis, in quibus ipſi jurisdictionem ſervitutis et hoſpitiorum habebant, vel habere videbantur, liberaverunt ac debitis et conſuetis renuntiationibus factis, liberam et propriam ipſis religioſis tanquam alia ipſorum propria bona reddiderint et ſolutam. Nos, quia prædicti conjuges talem Jurisdictionem a nobis jure feodali habuerunt et hactenus poſſederunt ad petitionem et inſtantiam ipſorum conjugum talem libertatem cum noſtro conſenſu voluntario et expreſſo approbamus et ratificamus, et talia bona ipſis reli-

religioſis appropriamus in perpetuum. in robur et teſtimonium præſcriptorum noſtrum ſigillum præſentibus appendentes. Datum anno Domini milleſimo trecenteſimo quarto. Octavo paſchæ.

CXXI.

Ottonis de Bruchſella Domini de Bolandia litteræ de permutato feudo, quod a ſe tenebat Herbordus de Dalsheim.

Wir junchere *Otto von Bruſel* und ein herre zu *Bolanden* forjehen uns unde dun allen den kunt di diſen brif ſehent odir horent leſen, daz *Herburd fon Dalsheim* hern *Hertwic* ſehliches ſun unſer lehenman bid unſerme guden willen unde verhencniſſe hat alſoliche morgen die er von uns had zu lehene gehabet die do ligent in Epilnsheymer marken . . . den hern von *Otterburg* for recht eygen forkaufft, abir dargeyne hat er uns fororſazed und ufgeben und wider zu lehen von uns enpangen ſiner eygenen morgen ahtehalb, di do ſint gelegen zu *Dalsheim* . . . . dez gud han wir enphangen bid ſolicheme rehte alſo darzu gehorte, und darumme

darumme di erſten morgen, di do zu *Epilnsheim* ligent, di voreygnen wir den herren von *Otterburg* eweklichen zu beſizene. Wer abir daz wir oder keyn unſerer nachkumelinge, daz nu-mer geſchehen muzze, an den morgen zu *Epilnsheim* ſi hinderten odir ane-ſprecheten, ſo ſollen ſich di von *Otter-burg* forvahen an deme hove und an den morgen zu *Dalsheim*, di uns dar-gegne ſint ufgegeben .... dize bede han wir und diſe wandelunge lazen zu gehen durch *Herburd* des bede willen und ſiner fronde. daz ez auch ſtede und ewer blibe, darumme ſo han wir unſir ingeſigel gehenket an dieſen gegenwar-tigen brif. Derre brif wart gegeben nach godis geburt Duſent jar, Dru hundert jar und fonf jar, an unſer Vrowen dac, als ſi geboren wart.

CXXII.

In Franckendal. ſuper X maldra ſili-ginis ſuper molendino dicto phuſt mule.

Dytzo miſeracione divina Abbas to-tusque conventus canonicorum regula-rium monaſterii in *Franckendal* Ordi-nis

nis ſancti Auguſtini Wormatienſis Dyoceſis Univerſis preſens ſcriptum intuentibus ſalutem et credere ſubnotatis. Cum religioſi ac honorabiles viri Abbas et Conventus Monaſterii in *Otterburc* Moguntinenſis Dyoc. Ord. Ciſterc. Abbati et Conventui in *Uzersthal* ejusdem Ordinis Dyoc. Spirenſis in decem maldris ſiliginis Wormacienſis menſure perpetue ſolvendis racione molendini in *phuſt* ſuperioris olim eſſent aſtricti. nos dictos Abbatem et Conventum in *Otterburc* ab hujusmodi penſione exonorare volentes dictam penſionem decem maldrorum ſiliginis ſolvendam in nos ac noſtram Eccleſiam recipimus per preſentes. promittens prefatis Abbati et Conventui de *Uzerstal* dicta decem maldra ſiliginis omni jure quo in antea perceperunt de noſtri monaſterii proventibus ſingulis annis aſſignare et ad hoc nos ac noſtros ſucceſſores preſentibus ſirmiter obligamus. In cujus rei teſtimonium preſentem litteram noſtro ac noſtri Capituli ſigillis ſepedictis Abbati et Conventui in *Uzerstal* dedimus communitam. Datum anno Domini M° CCC° X°. in die ſancti Georgii martyris.

CXXIII.

CXXIII.

Littera duarum librarum hallenſium ſuper curia Dominorum in Otterburg ſito inter ſellatores.

Judices Curie Wormatienſis ad univerſorum noticiam deducimus per preſentes quod in noſtra conſtitutæ preſencia *Elizabet* relicta quondam *Wernzonis* aurifabri civis Wormacienſis et *Hormela* ejus ſoror confeſſe ſunt et publice recognoverunt ſe de conſenſu et voluntate religioſorum virorum Dominorum Abbatis et Conventus Monaſterii in *Otterburg* Ordinis Ciſtercienſis Maguntine Dioceſis perpetuos redditus cenſuales duarum librarum hallenſium, quos habebant ſuper curia dictorum Dominorum Abbatis et Conventus ſita inter ſellatores civitatis Wormacienſis cum omnibus ſuis attinentiis, que quondam fuit *Wernzonis* et *Eliſabet* conjugum predictorum honorabilibus viris Dominis Decano et Capitulo nec non vicariis Eccleſie Wormacienſis ad perpetuum preſenciarum augmentum annis ſingulis dandos, unam videlicet libram Georgii et reliquam in feſto beati Remigii vendidiſſe juſto vendicionis titulo

pro

Digitized by Google

pro quadraginta libris hallenſium ſibi numeratis, traditis integre et ſolutis ac in uſus proprios commutatis, excepcionibus non dati non ſoluti et non numerati precii omnique alio juris auxilio Canonici et civilis, per quod hujusmodi empcionis et vendicionis contractus poſſet quomodolibet impediri renunciantes omnino. In cujus teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Nos quoque frater *Johannes* Abbas et Conventus monaſterii in *Otterburg* prefati vendicioni predictorum reddituum duarum librarum hallenſiuw facte ſuper curia noſtra prefata cum ſuis attinentiis plenum expreſſum et liberum noſtrum adhibemus conſenſum, rennnciantes omnibus litteris et privilegiis ſub quacunque forma a ſede Apoſtolica impetratis ab ordine vel in poſterum impetrandis nec non ſpecialiter inſtrumentis confectis ſuper predicta curia ſeu cenſibus inde cedentibus, ſi qua habuimus vel habere ſeu etiam apud ipſam Eliſabet reſervantur, profitemur eciam ex vendicione premiſſa ad dampnum noſtri monaſterii nichil agi. In teſtimonium vero omnium premiſſorum et noſtri conſenſus evidenciam plenio-

 rem

Digitized by Google

rem ſigillum noſtrum una cum ſigillo honorabilium Dominorum judicum Curie Wormacienſis predictorum duximus preſentibus appendendum. Acta ſunt hec preſentibus diſcretis viris Dominis *Symone* dicto *Muckelin* Canonico, *Herbordo de Laudenburg*, *Johanne Sifridi Hildeboldo*, *Ruckero* prebendariis Eccleſie Wormacienſis predicte, fratre *Jacobo* cellerario majore, *Theoderico*, *Gundelmano* et *Baldemaro* magiſtro Curie in *Maſſoternsbach* fratribus converſis de *Otterburg*. Anno Domini M° CCC° XIIII°. in die beati Urbani Pape et Martiris.

CXXIV.

Compoſitio litis inter Heynonem de Geyspolsheim et abbatiam Otterburg de bonis prope Stedenſitis. 1315.

Nos judices Curie Spirenſis. Cum inter *Heynonem* dictum *Zarten* armigerum de *Geispultsheim* ex una et religioſos viris abbatem et Conventum monaſterii Otterburgenſis Ord. Ciſterc. ſuper novem jugeribus agrorum in via verſus *Stedin* et quatuor jugeribus agrorum campeſtrium uf der *Hohenanwendin*

wendin in terminis ville *Eſchilbrunnen* ſituatis ex parte altera, orta fuiſſet materia queſtionis, ac eadem per religioſum virum Abbatem Monaſterienſem Ord. Premonſtratenſis, nobilem virum *Hermannum* Dominum *de Hohenvels* et *Syfridum de ſ. Albino* militem compoſita . . . conſtituti coram nobis ſub anno Domini 1315. in vigilia ſ. Katharinæ Virginis *Heyno* predictus et *Johannes de Metis* armiger, idem *Heino* omni juri et actioni ſibi in dictis tredecim jugeribus predictis, que a prefato *Johanne de Metis* in feodum ſe habuiſſe aſſeruit, renuntiavit. Prefatus quoque *Johannes* . . prefata jugera in Abbatem et Conventum monaſterii *Otterburg* tranſtulit. Recognoverunt quoque *Heino* et *Johannes* armigeri predicti, ſe a dictis Abbate et conventu . . . viginti libras hall. in numerata pecunia recepiſſe . . . renunciantes nichilo minus pro ſe ſuisque heredibus univerſis, videlicet, ipſe *Johannes* ratione juris dominii, idemque *Heino* ratione juris feodalis. Promiſit quoque prefatus *Johannes de Metis* eosdem Abbatem et Conventum ſpecialiter ab impeticione ſtrenui militis *Johannis de Scharfenecke*

aut aliorum ſuorum heredum ipſos Abbatem et Conventum ſuper eisdem jugeribus in jus trahentium ſuis expenſis et laboribus ubilibet defenſare . . . Actum et Datum anno Domini et vigilia prenotatis.

CXXV.

Eberhardi de Randecken donatio juris patronatus in Offenheim ad monaſterium in Otterburc cumconſenſu Domini directi Friderici Comitis de Leiningen.

Noverint univerſi preſencium inſpectores, quod nos *Ebirhardus de Randecken* miles et *Ida* noſtra collateralis legitima conſiderantes conditionem humanam eſſe labilem . . . hinc eſt quod . . jus patronatus parochialis eccleſie in *Uffinheim* Mog. Dyoc. cum ſuis attinenciis et pertinenciis univerſis, quod ad nos cum ſuis pertinenciis hujusmodi tytulo pertinet feodali, prout ad nos pertinet et hactenus pertinuit, de conſenſu et voluntate ſpectabilis viri Domini noſtri *Friderici Comitis de Linengen* Domini feodi prelibati, religioſis viris Abbati et conventui monaſterii in *Otterburg*

terburg Ord. Cyſterc. dicte Mogunt. Dyoc. donamus donatione inter vivos et perfecta pro nobis noſtrisque heredibus et ſucceſſoribus univerſis et concedimus et in eosdem transferimus pleno jure, eisque preſentibus confirmamus omni jure et modo, quoquo modo poſſumus vel quo melius valere poteſt de conſuetudine vel de jure . . . dantes Domino Abbati et conventui prefatis preſentes litteras, ſigillis noſtris ſigillatas in robur et teſtimonium ſuper eo. Datum et actum anno Domini M.CCC. viceſimo tercio ipſo die converſionis b. Pauli Apoſtoli.

CXXVI.

Wernheri de Bolandia Præpoſiti ſ. Victoris et Archidiaconi Mog. Conſenſus in unionem Eccleſie parochialis Offenheim cum abbatia Otterburgenſi.

Nos *Wernherus de Bolandia* Dei gratia Prepoſitus Eccleſie ſ. Victoris Canonicus Mogunt. tenore preſencium recognoſcimus et publice proteſtamur, quod cum venerabilis Dominus noſter *Mathias* ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus dilectorum in Chriſto Abba-

tis et Conventus monaſterii in *Otterburc* Cyſterc. Ord. Magunt. Dyoc. merita et devotionem attendens, ad reſtaurandam miſericorditer ejusdem monaſterii inopiam, eccleſiam in *Uffenheym* Magunt. Dyoc., cujus jus patronatus ad eos dinoſcitur pertinere, cum conſenſu Decani et Capituli Magunt. voluntario et expreſſo eorum uſibus, cum univerſis ejus pertinenciis perpetualiter duxerit applicandam, ita videlicet, quod per vicarium ydoneum nobis loci archidyacono vel noſtris ſucceſſoribus preſentandum in ipſa eccleſia debite procurabunt divina, cui de proventibus ejusdem eccleſie porcionem congruam miniſtrabunt, de qua eidem Domino noſtro Archiepiſcopo Mogunt. nobis aut ſucceſſoribus noſtris de juribus noſtris, prout eſt debitum, valeat reſpondere. Piam ordinacionem hujusmodi factam de ipſa Eccleſia gratam et ratam habentes eidem adhibemus noſtrum conſenſum voluntarium et expreſſum. In cujus rei evidenciam et perpetuam firmitatem Prepoſiture noſtre ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum et actum anno Domini M.CCC.XXIII. in die beate Margarete virginis.

CXXVII.

Digitized by Google

CXXVII.

Diſcordia circa judicia Erlebach et Morlautern determinatur et finitur.

Ich *Nicolaus von Kindenheim* ein Schultheis zu *Lautern* veryehe mich in dieſem gegenwärtigen brieſe, und thun kunt allen den, die ihn ſehend, oder hören leſen, das ich an der kuniges gerichte zu *Lautern* dem Edlen herrn herr *Philipſen von Falckenſtein*, herr *Wolframe von Löwenſtein*, herrn *Seyfried* und herr *Johann von ſant Elben* rittern, und *Landolff von Weylenſtein*, und *Jacoben von Wachenheim* Edlen knechten *Diroiff* dem burgermeiſter *Johann von Wirtzburg*, *Johann von Meiſebach*, *Heinrichen Zeugmeiſter*, *Johann Wenger*, *Eſcher Fabken*, *Bewold Voltzen* und *Johan von Morbach*, und *Jacob Benſenſchmitt* rathsherrn zu *Lautern*, und vor des kunigs-förſtern zu *Lautern*. da ward vor mir gefragt und geheiſchen ein urthel zu ſprechen, um die zweyunge der gerichte der zweyer dorff *Erlebach* und *Mohrlautern*, die da was zwiſchen der Edlen frauen *von Sponheim* genant; und den Ehrbaren geiſtlichen leuthen, dem abt,

und den Convent zu *Otterburg*, und dem probſt und dem Convent zu *Lautern*, wie das von alter her wäre herkomen und an die vorgenante gerichte ſolten hören, wann die vorgenante Edelfrau von eines kunigswegen anſpräche. ſo wart geſprochen und geurtheilet von den vorgenante burgmann burgenmeiſter und den rathsherrn, und auch des künigs-förſtern, ſo ſie itzund baſt geſpräch machen, das das gericht zu *Erlenbach* an das cloſter zu *Otterburg*, und das gericht zu *Mohrlautern* an das Cloſter zu *Lautern* hörent von alter hero hant gehöret, lediglich und frey, an bruch allein die da geſchehen in gemeiner ſtraſſen zwiſchen denen zweyen wagen leiſten die ſollent ſeines kunigs amtmann gefallen, wär es auch ſach, das in dieſem vorgenanten gerichten ein dieb begriffen würde, das ſollent den vorgenanten geiſtlichen amtleuthen einem ſchultheiſſen zu *Lautern* verkunden, der ſoll ſich des underwinden und richten den als ein recht iſt. Deren dinge ſind gezeuge und ſatz leuthe der herr *Ruhgraue Georg* herr *Philips von Braunecken* ein dhumbherr ſodann *Johann* dem marckhe Keltz.

Hen-

Henrich Grauch, ſo auch *Rubrecht* an denen ſelben und andere biedere leuthe viel und gnug, und wann ich *Niclaus* hiebey was und von mir gehandelt wart; darum ſo han ich mein Inſiegel zu einer urkunde an dieſen brief gehangen. auch wir *philips von Falckenſtein*, herr *Georg der ruhgraue. Wolfram von Lewenſtein*, *Seyfried von ſanct Elben* ritter, und auch *Jacob von Wachenheim*; wan wir hierbey waren: und es hörten und ſahen. darum ſo han wir zu einem gezeugniſe bitt, nicklaſen den vorgeſchriebenen ſchultheiſſen, unſer Ingeſiegel an dieſen brief gehangen, der urtheil ward geſprochen und der brief ward gegeben, nach Gottes geburth tauſent drey hundert Jahr, in dem vier und zwanzigſten Jahr, des nechſten tags nach unſer frauen tag, den man heiſſet kertzweyhs.

CXXVIII.

Mathias Archiep. Mog. Eccleſiam parochialem in Albich unit monaſterio Otterburgenſi.

Mathias Dei gratia ſ. Moguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri Imperii per

Germaniam Archi Cancellarius religioſis viris Abbati et Conventui monaſterii in *Otterburg* Ord. Cyſterc. Mog. Dyoc. in Chriſto ſibi devotis ſalutem in Domino ſempiternam. Ut hoſpitalitati aliisque pietatis operibus et monaſterii veſtri utilitati, quod ex affectu ſpirituali proſequimur, melius et ulterius poſſitis intendere et veſtras neceſſitates eo congruencius ſublevare, eccleſiam parochialem in *Albichen*, cujus jus patronatus ex donacione ſtrenui militis *Theodorici de Randegge* ſculteti noſtri in *Oppenheim* Canonice vobis facta ad vos et ad dictum monaſterium veſtrum pertinere dinoſcitur, vobis et eidem monaſterio veſtro incorporamus, transferimus preſentibus auctoritate ordinaria et donamus, dantes vobis liberam poteſtatem fructus et obvenciones et jura ejusdem eccleſie cum ſuis pertinenciis univerſis, poſtquam eam vacare contigerit, tollendi, colligendi, percipiendi et alias de ipſis diſponendi, prout vobis et monaſterio veſtro predicto videritis expedire, juribus tamen papalibus, Dyoceſanis et Archidiaconalibus in omnibus remanentibus inconvulſis et ſalva nihilominus vicario perpetuo

petuo in eadem eccleſia Canonice inſtituendo congrua porcione, per quam jura Epiſcopalia ſolvere, hoſpitalitatem tenere et incumbencia onera valeat expedire, dantes vobis preſentes ſigillo noſtro munitas in teſtimonium ſuper eo. Datum *Oppenheim* Kal. Aprilis anno Domini M. CCC. XXIIII.

CXXIX.

Capitulum Moguntinum conſentit incorporationi Eccleſiae parochialis in Albechen monaſterio Otterberg factae.

Nos *Gotfridus de Eppenſtein* cuſtos *Ebirhardus de Lapide* Cantor. totumque capitulum Eccleſie Moguntinenſis tenore preſencium publice recognoſcimus ad univerſorum tam preſentium quam futurorum cupientes notitiam pervenire quod cum Reverendus in Chriſto pater ac dominus noſter dominus *Mathias* ſancte Moguntinenſis ſedis archiepiſcopus ſacri Imperii per germaniam archicancellarius terrena in eccleſia ſalubriter convertens eccleſiam parochialem in *Albechen* cum ſuis juribus et pertinentiis univerſis ex donacione

cione

Digitized by Google

cione patronorum ipſius Eccleſie canonica honorabilibus et religioſis in Chriſto abbati et conventui monaſterii in *Otterburg* moguntinenſis dioceſis et eorum monaſterio incorporaverit tam divini cultus augmentum favorabiliter et univerit prout in ipſius Domini noſtri archiepiſcopi litteris ſuper hoc confectis et ſigillo ſuo ſigillatis vidimus expreſſius contineri. nos eorundem abbatis et conventus devotis nobis porrectis precibus inclinati eisdem incorporationi et unioni dictis abbati et conventui nec non eorum monaſterio ut premittitur factis. ut relegatis a ſe mundanis illecebris celeſtium contemplationi liberius commodius et fervencius inſiſtere valeant noſtrum conſenſum adhibemus preſentibus voluntarium. et expreſſum. In cujus noſtri conſenſus teſtimonium evidens et perpetuam roboris firmitatem ſigillum capituli noſtri duximus preſentibus litteris appendendum. Datum *Moguntiæ* iij nonas aprilis anno Domini Milleſimo trecenteſimo viceſimo quarto.

CXXX.

CXXX.

Otterburgenſes pro incorporatione Ecclesiæ parochialis in Albechen Offerunt quot annis in feſto beati Martini duas libras ceræ.

Nos *Frater Johannes Abbas* totusque conventus monaſterii in *Otterburg* Ordinis Ciſterc. Mog. Dyoc. recognoſcimus publice per preſentes, quod cum Rdus in Chriſto Pater ac Dnus noſter Dnus *Mathias* ſancte Mogunt. ſedis ArchiEpus de conſenſu expreſſo honorabilium virorum Dnorum Cuſtodis, Cantoris, totiusque Capituli Eccleſie Moguntine parochialem Eccleſiam in *Albeche* dicte Dyoc. cum ſuis juribus et pertinentiis univerſis nobis et noſtro monaſterio in Divini cultus augmentum incorporaverit favorabiliter et univerit, nos debere ad ipſam Eccleſiam quotiens eam vacare contigerit, ſecularem ſacerdotem ydoneum pro perpetuo vicario preſentare, cui congruam portionem relinquemus, unde poſſit hoſpitalitatem ſervare nec non jura archyepiſcopalia et archidyaconi perſolvere et alia jura que incumbunt; Preterea recognoſcimus nos debere ſingulis annis perpe-

perpetuis temporibus in feſto beati Martini dicte Mogunt. Eccleſie patroni duas libras cere in ſignum beneficii nobis et monaſterio noſtro impenſi dictis Dnis Eccleſie Mogunt. dare et miniſtrare noſtris laboribus periculis et expenſis, ad id nos et noſtrum monaſterium preſentibus obligamus. In cujus rei teſtimonium evidens ſigillum noſtri monaſterii duximus preſentibus litteris appendendum. Datum *Otterburg* III° nonas Aprilis Anno Dni M° CCC° XXIIII°.

CXXXI.

Litera penalis Dominorum de Otterburgh occaſione certorum anniverſariorum annuatim ſervandorum.

Nos frater *Heinricus* dictus *Abbas* et Conventus monaſterii in *Otterburg* Ordinis Ciſterc. Magunt. Dioc. litteris preſentibus publice proteſtamur, quod cum honorabilis Domina *Mechtildis* dicta *de Lutra* in domo noſtra juxta curiam noſtram in *Wormatia* reſidens relicta quondam *Heinrici de Sickinhuſen* divinitus inſpirata pia ducta intencione pro anime ſue, dicti *Heinrici* mariti ſui et omnium progenitorum ſuorum

rum animarum remedio et ſalute de bonis ſuis propriis nobis et noſtro conventui duo ſervicia cum bonis piſcibus, claro vino et albo pane ordinaverit, unum ſervicium in die annunciacionis beate virginis, quam conſtituit diem ſui anniverſarii et ad hoc nobis et noſtro monaſterio quadraginta maldra perpetue penſionis tradiderit et aſſignaverit, viginti videlicet maldra in die anniverſarii mariti ſui predicti, reliqua vigiuti in ſuo anniverſario, nos ipſius devote intentioni et voluntati annuentes ſub pena infra ſcripta forma et modo, ut eſt dictum, ad ſervicia predicta diebus preſcriptis perpetuo noſtro conventui dando perhenniter preſentibus obligamus, ita ſane ut quociens aliquod ſerviciornm predictorum aliquo anno neglectum fuerit, tociens octo libras hallenſium bonorum et legalium Domini de ſummo in *Wormatia* a nobis et monaſterio petere poterunt, quas etiam tunc tenemur eisdem dare contradiccione noſtra et omnium ſucceſſorum noſtrorum nichil in contrarium valitura. Preterea in diebus predictis, quando ipſa ſervicia dantur anniverſariorum, peragentur in conventu noſtro cum

cum miſſis, vigiliis et orationibus prout in noſtro ordine eſt conſuetum. In quorum robur et teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini MCCCXXVI. In die beati Ambroſii Confeſſoris.

CXXXII.

Capitulum Moguntinum conſentit in incorporationem Eccleſiæ parochialis in Uffenheim monaſterio in Otterberg factam.

Nos *Johannes* Dei gratia Decanus totumque capitulum eccleſie moguntinenſis recognoſcimus per preſentes quod religioſorum virorum abbatis et conventus monaſterii in *Otterberg* moguntinenſis dioceſis ſupplicationibus inclinati, incorporationem Eccleſie parochialis in *Uffenheim* dicte dioceſis cujus jus patronatus per quondam ſtrenuum militem *Ebirhardum de Randegken* in eosdem abbatem et conventum eſt translatum per reverendum in Chriſto patrem ac dominum dominum *Mathiam* archiepiſcopum moguntinenſem predictis abbati et conventui et eorum monaſterio predicto nuper factam impoſterum contingat

gat propter non expreſſionem noſtri conſenſus calumpniam ſuſtinere noſtrum conſenſum benivolum eidem incorporationi preſentibus adhibemus dummodo ipſi abbas et conventus et ſui in dicto monaſterio ſucceſſores ad fabricam eccleſie noſtre moguntinenſis duo talenta cere ex nunc in perpetuum annis ſingulis in die beati *Martini* hyemalis occaſione noſtri conſenſus dicte incorporacioni adhibiti expedite perſolvant dantes ipſis ſuper hoc has litteras noſtro ſigillo ad Cauſas quia majus ſigillum eccleſie noſtre ad preſens commode habere non poſſumus conſignatas, volumus tamen quam primum ipſum majus ſigillum pre manibus habuerimus predictis abbati et conventui literas conſimiles cum predicto majori ſigillo ſigillare et easdem ipſis tradere in teſtimonium premiſſorum. Datum IIII. Idus Novembris. Anno Domini milleſimo CCCXXVII^mo^.

CXXXIII.

Ludovicus Imp. varia Otterburgenſium jura confirmat.

Ludovicus Dei gratia Romanorum Imp. Auguſtus . . . Religioſorum virorum

Digitized by Google

rum *Heinrici* Abbatis et monaſterii in *Otterburg* Conventus, piis ſupplicationibus per exaudientiæ noſtrœ gremium generoſius occurrentes, ipſis ac dicto eorum monaſterio donationem jurium patronatus Eccleſiæ in villa *Nierſtein* prope *Oppenheim* et unius Capellæ ejusdem parochiæ per nobilem virum *Hermannum* Dominum *in Hohenvels* et legitimam ſuam conthoralem *Chunigundam* ipſis factam, cum eadem jura patronatus a nobis et ſacro Romano Imperio in feudum huc usque deſcenderint, approbamus et ratificamus præſentis ſcripti noſtri patrocinio ... Datum in *Ezzlinga* Anno Domini MCCCXXX.

CXXXIV.

Urthels brief der Siebener des Landfriedens am Rhein, in Klagſachen des Abts von Otterberg entgegen herrn Hermannen von Hohenfels den Abtshof zu Munchbiſcheim betreffend.

1335.

Wir die Sybene die uber den Landfrieden geſeczit ſint und gekorn, den unſir herrn der Keyſer ... die herren und die ſtede gemacht han an deme Ryne

Ryne verjehen uffenliche an diſeme briefe und dun Kond allen den, die in anſehent oder gehorent leſen, daz wir . . . der ſybente brief, die ubir den fordern lantfriden geſezt und gekorn waren, geſehen und gehoret haben, als ſie den herren von *Otterburg* gedeylet und geſprochen haben von Worte zu Worte als hienach geſchriben ſteht — Wir die Sybene die ubir den landfriden gekorn und geſezt ſind, den unſer herre der Kaiſer *Ludewig* von godes gnaden, herr *Baldewin* von gotz gnaden Erzebyſchof zu Tryer und pfleger des ſtiftes zu *Meyntze* und zu *Spir*, unſern herrn Herzogs *Rudolf* und herzoge *Ruprecht* von gozt gnaden zu Beygern und pfalzgraven bey dem Ryne und die ſtede *Meynzen*, *Strazburg*, *Wormszen*, *Spir*, und *Oppinheym* mit egnander gemacht. geſchworen und gelobet hant, verjehen uffenlich in dieſem brief und thun kunt allen den, die in anehſehint oder gohorint leſen, daz vor uns iſt geweſt der erbere herre der Abbet und der Convent zu *Otterburg* und hant uns gezygt und geklaget von des lantfridens wegen daz der edel man jungherre *Herman von*

ee 2 *Hohen*

An. MCCCLXXVII. *Adolffus* Archi-Epiſcopus Moguntinus vacante per obitum *Heilmanni* Abbatia Clingenſi neo-electum *Rudolffum* confirmat ex jure ſ. Sedi Moguntnæ ab antiquo competente litteris in *Alta Villa* in vigilia Paſche datis. *N. VII.*

An. MCCCCLII. Theodericus Archipræſul Moguntinus vigiles intendit oculos in cœnobium *Klingenmünſter*, quod non ſecus ac multa alia a priſtino virtutis deſciverant tramite, nervoque diſciplinæ excuſſo, vitam agebant legibus ac regulæ ſ. *Benedicti*, in quas juraverant, prorſus non congruentem, Hos gravi reprehenſos ſermone, ſerio hortatus eſt, ut quantocyus meliorem ad frugem ſeſe recipiant, eaque contentione ad priſcum vivendi componant ritum, ut ipſo opere et exemplis teſtibus perſpicuum fiat, ad vitæ incorruptæ, modeſtiæque ipſos rediiſſe officia; Ad quod litteris *Aſchaffenburgi* quarto Aprilis die ſcriptis, trium men-

ſium iis præſtituebat ſpatium atque intervallum. *N. VIII.*

An. MCCCCLVII. Idem Archiepiſcopus hujus Cœnobii Abbatem recens electum ſolitis ceremoniis *Aſchaffenburgi* ad *Moganum* die IV. Martii probavit. Regum enim ac Imperatorum inſtituto a primis iſtius incunabulis ita comparatum erat, ut Archi-Epiſcopus Moguntinenſis haberet clauſtri rationem, quamvis in Spirenſi id ſitum ſit Diœceſi et uno quoque tempore Abbati electo conſtabiliret dignitatem. Erat autem, quem tunc confirmavit, *Erpſo Brack* de *Clingen* Cœnobii, ut vocant, profeſſus, ſurrogatus in locum *Bernhardi* dicti *Schilling* de *Surburg*, qui paullo ante Magiſtratu ſe abdicarat. *N. IX.*

Ut autem Monaſterii res in poſterum hoc ſtudioſius adminiſtrarentur et ab omni incommodo ſartæ ſervarentur tectæque, *Theodericus* altero poſt die *Erpſoni Bernhardum* Deceſſorem Spectatæ virtutis et induſtriæ virum, ad partem curarum ſuſtinendam coadjutoris adjunxit titulo, certis, unde is viveret, ſuamque Dignitatem tueretur, reditibus de cenobii bonis ac poſſeſſionibus,

bus, *Erpſonis* conſenſu, conſtitutis. *N.* X.

Anno demum MCCCCXC. *Innocentius* VIII. PP. ad inſtantiam *Philippi* Comitis Palatini Rheni Electoris Imperii ac Bavariæ Ducis nec non *Eucharii* Abbatis et Conventus monaſterii ſancti Michaelis in *Clingenmünſter*, qui aſſerebant, quod in dicto monaſterio, cujus Abbas pro tempore ſue electionis confirmationem ab Archiepiſcopo Moguntino obtinere conſuevit et in quo nobiles duntaxat in monachos recipi ſolebant, quodque pluribus bonis immobilibus, cenſibus et decimis olim opulenter dotatum extitit, ob nimiam et exorbitantem hoſpitalitatem obſervantia regularis paulatim plurimum refriguit, ædificia ad ruinam devenerint atque minentur, plura immobilia bona alienata, diſtracta et deperdita fuerint, aliaque pro pecuniis mutuo acceptis obligata ſint atque penſiones exſolvi non poſſint ſicque bona paulatim deperierint, numerus monachorum, cultusque Divinus exiſtat adeo imminutus ut præter Abbatem *Eucharium* tres tantum monachi ſint reſidui, qui præterquam in aliquali habitus diſtinctione, in reliquis

 vix

Digitized by Google

vix a clericis ſecularibus differunt, permotus eſt, ut Oratorum petitioni aſſentiret, Ordinemque prædictum ibidem ſupprimeret, atque monaſterium in ſecularem et Collegiatam Eccleſiam converteret. Factum hinc, quod Præpoſitus, Decanus, Cuſtos, Cantor Septem Canonici, qui capitulum conſtituerent, nec non octo vicarii, tres pueri chorales et unus Magiſter *Magiſcola* nuncupatus inſtituerentur, aliaque præſcriberentur remedia, queis ſerio adhibitis, cultus Divinus, collapſa ædificia cum œconomia reſtituerentur. &c. *N. XI.*

Hanc immutationem *Trithemius* teſtis coævus acriter perſtringit in Chronico Hirſaugienſi Tom. II. pag. 537. ſequentibus verbis ad an. MCCCCXCI. — Eodem anno Monaſterium noſtri Ordinis, quod *Clingenmünſter* nuncupatur, in Diœceſi ſpirenſi non procul ab Oppido *Landau* ad inſtantiam perverſorum Abbatis et monachorum inibi regularem vitam profeſſorum, ſed irregulariter viventium, in Eccleſiam ſecularem translatum eſt. Legitima translationis nulla extitit cauſa, ſed falſis narrationibus mentem Papæ Circumvenientes nihil

nihil aliud timebant, quam reformari, nihil aliud quærebant, niſi pernicioſam vitæ libertatem. Nec diu ſupervixit ex Abbate malo Præpoſitus pejor, Apoſtatarum Dux, inimicus veritatis, mendacii cultor, amator tenebrarum, ſed brevi horrenda et ſubitanea ſublatus morte quam male fecerit votum retractans ſolemniter factum, tarde cognovit, cum ejus judicio aſtitit, cujus normam violavit.

Anno MCCCCXCIV. Eccleſiæ Collegiatæ Clingenſi Unitæ et incorporatæ ſunt paſtoriæ *Wolmsheim* et *Serfelingen* nec non duæ Capellaniæ intra quondam monaſterii ſepta pro beneficiatis fundatæ. *N. XII.*

Digitized by Google

I.

Dagoberti Regis diploma de fundatione et privilegiis Cœnobii Blidenvelt.

In nomine ſancte et individue Trinitatis 1). *Dagobertus* divina favente clementia Francorum Rex 2) omnibus regni ſui primatibus ymmo cunctis fidem chriſtianam profitentibus tam futuris quam præſentibus gracia vobis et pax ab eo qui eſt et erat et qui venturus eſt omnipotens. Votum quo Deo et ſanctis ejus ſe quis obligaverit ſine macula reatus irritum fieri non poterit, et quanto major et dignior eſt is cui vovetur, eo ferietur graviori judicio voventis et non reddentis preſumptio. Debemus ergo et volumus nos quoque reddere, quod vovimus Domino Deo terribili, et ei qui aufert ſpiritum principum terribili, apud omnes reges terre. Qualiter in brachio ſue virtutis et nos terruerit et qualiter percutiens et ſanans rurſus nos viſitaverit omnibus ad exemplum correctionis, notum fieri dignum duximus præcipue ut quisque fidelis audito noſtro periculo ab Eccleſiarum Dei vaſtatione ſe contineat et honorem rebus Deo dica-

dicatis exhibeat. Primum ergo de Divina ſuper nos habita terribili examinatione, poſtea de voto et voti noſtri redditione breviter exponemus 3). Patre meo *Glothario* Rege felicis memorie defuncto patrii regni curam ſuſcepi, ſed juvenili ductus levitate, denique cupiditate diſtractus regalis Officii debitum neglexi, nihil exhibens comiſſis ſollicitudinis vel diligentie, nihil faciens vel judicans manſuetudinis aut zelo juſticie. Intra alios exceſſus meos Eccleſiarum deſtructor et diſſipator eſſe ceperam, quarum ſublimator et defenſor eſſe debueram, nec divine Majeſtatis oculos nec miſeriam hominum veritus acclamationem. Tandem Dei benignitas obſtinate mentis ſuperbiam meam conterens, virga correptionis iniquitates meas viſitavit et caſtigato mihi veniam non negavit, nam raptus in ſublime, Divineque Majeſtati inter choros ſanctorum in habitu judicantis ſedenti preſentatus a ſanctiſſimis Eccleſiarum patronis pro rebus Eccleſiaſticis per rapinam diſtractis a me et conſumptis graviter et conſtanter ſum accuſatus, maxime a ſancta Dei Genitrice *Maria* et a ſuſceptore animarum ſancto *Michaele*

chaele Archangelo atque a beatiſſimis *Petro* et *Paulo* Apoſtolorum principibus. Cumque conſcientia gravatus non auderem defendere, ex arbitrio Preſidentis pene ſum addictus. Diuque ceſo et penis atrocibus confecto adeſt predictus Archangelus flammeo gladio ſuper me extento, ultionem de ſibi uſnrpatis bonis ſanctorumque, quos prenominavi et propter acclamationem inopum et pauperum in me volens exercere, quibus materiali gladio infeſtus eram, judicia non judicans recta, tandem advenit ſpecialis meus patronus Epiſcopus *Dyoniſius* pro me ſatis faciens ſancto *Michaeli* Archangelo, qui dilacionem pene et penitentie michi tempus obtinuit, Idem ipſe quaſi modum ſtatuit penitencie. In hoc michi ipſe plene indulgentie poſuit, ſi ad honorem Dei et ſanctorum predictorum, quos magis offenderam, eccleſias divinis ſerviciis aptas conſtruerem. Qua promiſſione letatus libens vovi, dimiſſusque a ſuperis redii. Igitur ſub certa ſpe remiſſionis et indulgentie peccatorum meorum reddentes alacri ſtudio, qnod vovimus, Cenobium in honore ſancti *Michaells* Archangeli, quod vocatur *Blidenvelt*

con-

Digitized by Google

conſtruximus, quod ſublimare et regali munificentia ditare decrevimus. Aliud quoque Cenobium in proximo, quod dicitur *Wizenburch*, in honore Apoſtolorum *Petri* et *Pauli* conſtruximus, quibus paria jura et ſtatuta privilegia ex regali potentia ſtatuimus. Donamus ergo predicto Cenobio ſancto *Michaeli* patrono, et in perpetuum datum eſſe volumus de rebus fiſci noſtri illic adjacentibus, quidquid ad nos ſpectat tam in villis, quam mancipiis, ſylvis, vineis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, et omnia hec in uſum Abbatis et fratrum ibidem Deo ſervientium ſub monachica profeſſione degentium, libera traditione redigimus; Tradimus etiam Regalem villam noſtram bene procuratam *Beggelingen* cum undecim millibus hubis in diverſis mundi partibus jacentibns. Inſuper ad defenſionem et honorem loci quingentos miniſteriales dotali firmitate attribuimus. Ad ſublimandum etiam predictum locum profectionem *Rome* ad Apoſtolicum pro ſacris reliquiis decrevimus, qui benigniſſime voluntati noſtre obaudivit, quatuor corpora ſanctorum martirum *Olimpii* Tribuni *Rome*

et

Digitized by Google

et uxoris ejus *Exuperie* et filii eorum *Theodoli* et *Symphronii*, quos beatus *Stephanus* papa et martir ad fidem convertit et baptizavit. Et Epiſcopum *Munatem* cum novem ſociis ſuis, atque alias plurimorum ſanctorum reliquias nobis donavit. Inter quos egregium martyrem *Theodolum* beati *Alexandri* pape et martiris conſocium impetravimus, quem ad principale altare ſ. *Michaelis* cum ceteris ſanctis de *Roma* translatis collocavimus. Locum autem hunc, quem ſingulari amplectimur dilectione nunc et deinceps ab ómni ſervitutis oppreſſione liberum ſub regali tuitione eſſe volumus, ita videlicet, ut nullus ex judiciaria poteſtate quidquam poteſtatis vel negotii in ipſa marchia ſine Abbatis licentia exercere vel habere preſumat, nec hominem ipſius loci conſtringere vel ad cauſas audiendas aut freda vel tributa ſolvenda. Poſtremo nihil penitus ab eis audeat exigere. Illud etiam pari decrevimus auctoritate, ut nullus Pontificum Nemetenſis Civitatis vel reliquorum Epiſcoporum aliquem ibidem donandi vel quaslibet cauſas agendi habeat facultatem, ſed ſub noſtre emunitatis defenſione omnia

illuc

illuc pertinentia Abbas monaſterii cum fratribus ſuis libere et quiete poſſideat, ſecularia etiam judicia ſicut ſpiritalia tractet, dijudicet atque diſponat. Ad hec monetam in ſe habentem ymagines et litteras expreſſamque ſimilitudinem Nemetenſis monete eidem loco concedimus. Parique noſtre auctoritatis donatione ratum et firmum eſſe volumus, ut homines ejusdem eccleſie per omnes fines regni noſtri libere negotiis ſuis inſervient, ita videlicet, ut nulli debitum thelonei perſolvant et nullus judex ſeu quelibet cujuscunque Ordinis perſona in hujusmodi cauſa violentiam eis aliquam inferre preſumat, fratribus autem ibidem Deo ſervientibus, ut eo devotius et tranquilius ſancte converſationis Ordinem cuſtodiant, liberam inter ſe eligendi ſibi Abbatem, donamus poteſtatem, cui Abbati omnibusque ei ſuccedentibus hoc ſpeciale concedimus privilegium dignitatis, ut in Ordinem et jus poſſit promovere ſerviencium quemcunque de familia tali honore dignum judicaverit. Ut autem hæc noſtra traditio et juris vel conceſſæ dignitatis inſtitutio ſtabilis et inconvulſa jugiter permaneat, chartam hanc inde conſcriptam

Digitized by Google

ſcriptam diſponimus, adjectione Sigilli noſtri impreſſione roboratam ſignavimus. Datum quod fecimus cum filio noſtro *Clodoyeo* predicto noſtro cenobio. Huic traditioni affuerunt Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Præpoſiti, Duces, Marchiones, Palatini Comites et plerique Principes regni noſtri. Actum eſt hoc anno ab incarnatione Domini DC. LV. anno XXXII. regni noſtri, menſe Aprili XVI. in monaſterio coram primo Abbate Celebris nomine in congregatione fratrum in Chriſti nomine feliciter Amen.

1) Invocatio Divini Nominis ab Imperatoribus Auguſtis, Francorum Regibus &c. primæ ſtirpis jam præmiſſa fuit Actis publicis, Diplomatibus variisque privilegiis ab eisdem conceſſis.

Sic Juſtinianus Imperator vita functus circa annum Chriſtianæ ſalutis DLXVII. De conceptione Digeſtorum ad Tribonianum incipit: *Deo Auctore noſtrum Gubernante Imperium* . . . De confirmatione Inſtitutionum ad cupidam legum juventutem: *In nomine Domini et Dei noſtri Jeſu Chriſti.* Imperatoriam Majeſtatem &c. . . . De confirmatione Digeſtorum ad Senatum et omnes populos: *In nomine Domini Dei noſtri Jeſu Chriſti* . . . De novo Codice faciendo: *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti* Codicis Domini Juſtiniani

ſtiniani ſacratiſſimi principis perpetui Auguſti repetitæ prælectionis Incipit liber primus . . . . De novellis conſtitutionibus: *In nomine Domini Dei noſtri Jeſu Chriſti.* Incipit liber Conſtitutionum Novellarum D. N. juſtiniani ſacratiſſimi principis perpetui Auguſti . . . . Porro uti Novell. VI. ait: bene et competenter univerſa geri, ſi rei cujusvis principium fiat decens et amabile Deo, ita Nov. CIX. teſtatur, legislationes ſuas a ſpe in Deum pendere et in eam ſe reſpicere, hoc eis principium eſſe, medium, et finem, quod hæc ſpes det ei et animæ et imperii ſalutem.

Apud Reges Merovingicos invocatio Divini nominis expreſſa verbis rarius occurrit, ſed ejus loco ſubinde chriſmon. Ad rem noſtram memorat ſ. *Chriſoſtomus* hom. 9. ad Coloſſ. *Si Conſulum nomina faciunt, ut firma ſint inſtrumenta, multo magis nomen Chriſti.*

Subjungimus Diplomata quædam Dagobertina, quæ invocationem nominis divini præferunt una cum aliis ſine invocatione, cum teſtamentis illo ævo factis.

Circa DCXXVIII. *Dagobertus I.* Sancto *Petro* Wormatiæ donat civitatem *Lobdenburg* cum omnibus adpertinentiis &c. Actum *Moguntiæ* palatio noſtro feliciter. Hoc documentum a *Carolo M.* jam cauſæ cognitione prævia confirmatum contra ſciolos et iniquos Rerum Cenſores alibi vindicavimus.

C. An. DCXXXI. Fundatio monaſterii Weiſſenburgenſis. Datum in ipſo monaſte-

rio menſe Majo, die XI. anno Regni noſtri XXIV. in Chriſti nomine feliciter Amen. Duo hæc Diplomata incipiunt: *Dagobertus Rex Francorum*; absque invocatione. Heda hiſt. Epiſc. Ultrajectenſium p. 15.

C. DCXXXIII. *Dagobertus I.* Majorum dona, poſſeſſionesque Eccleſiæ Trevirenſi diplomate conſtabilit. Inc. *Dagobertus* Rex Francorum . . . *ab Hontheim hiſt. Tr. Dipl. T. I. p.* 76.

C. DCXXXIII. *Dagoberti I*, Regis Decretum et Donatio facta Abbatiæ ſ. *Maximini.* Inc. In nomine Patris et filii et ſpiritus ſancti. *Honthemius l. c. p.* 78.

C. An. DCXXXVIII. *Dagobertus* Francorum et Auſtraſiorum Rex donat ſ. *Landelino* prædium *Wallare* ad extruendum ibi monaſterium. Inc. *In nomine Patris et filii et ſpiritus ſancti Amen. Miræi Donationum Belgicarum libr. II. Cap. I. pag.* 343.

C. DCXXXIX. *Dagobertus ſ. Amando* Trajectenſium Epiſcopo fundum in Diœceſi Tornacenſi donat, ad ædificandum ibi monaſterium, quod hodie *ſ. Amandi* dicitur. Inc. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Dagobertus* divina Ordinante Clementia Rex. *Miræi Diplomata Belgica. Cap. I. pag.* 1.

C. DCLX. *S. Amandi* Tungrenſis Epiſcopi Codicillus de ſepultura Corporis ſui. Inc. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Ego *Amandus. Miræus in Codice Donationum. Cap. IV. pag.* 20.

Inter

Inter Annos DCLXXX et XC. Donatio *Aloini* ad *ſ. Gallum.* cl. D. *Neugart Cod. Dipl. Alemanniæ p.* 6. *Incipit. In Dei nomine bonæ pacis.*

Inter annos DCXCI et XCV. Charta *Wichardi* et *Ruperti* fratrum, quorum alter Eccleſiam Turicenſen, alter monaſterium Lucemenſe fundavit. Inc. loc. cit. p. 7. *In nomine Domini Amen*

2) Inter *Dagobertos* primus intelligitur, qui circa finem Diplomatis teſtatur — Datum quod fecimus cum filio noſtro *Clodoveo* prædicto noſtro Cœnobio.

3) Sequens humilis *Dagobeerti* confeſſio et judicium contra eundem in viſione habitum et lata et executioni data ſententia vix non verbotenus in utroque exemplari fundationis Weiſſenburgenſis et Clingenſis continetur.

4) *Beggelingen* fortaſſis immutata littera G. *Geckelingen* in præfectura Germersheimenſi, ubi Adminiſtratio bonorum Eccleſiaſticorum Palatina Curiam poſſidet den ſo genannten *Freihof*, quæ inter poſſeſſiones Monaſterii Clingenſis olim numerabatur.

5) *Henſchenius de tribus Dagobertis Cap. IX. p.* 47. circa annum emortualem *Dagoberti I.* varias authorum opiniones adducit, ſtatuitque annum DCXLIII. l'Art de verifier les dates ponit annum DCXXXVIII. quo deceſſerit anno Regiminis XVI. Quæ res dubia novam diſquiſitionem expoſtulat, priusquam

b 2 diplo-

Digitized by Google

diploma noſtrum in hoc paſſu dicamus falſum et erroneum.

Hoc diploma edidit *Schöpfflinus* in *Alſatiæ Diplomaticæ part. I. pag.* 23. *num.* 21. inter Merovingica Adulterina, ex Antiquo Chartulario membran. Adminiſtrationis Eccleſ. Elect. Palatinæ.

II.

Ludovicus Rex confirmat privilegia monaſterii Chlingo incendio conſumpta. anno. 849.

In nomine ſanctæ et individuæ Trinitatis *Hludovnicus* divina favente Gratia Rex 1).

Si Majeſtas Regalis ob amorem Dei curas Eccleſiaſticarum rerum libenter ſuſtinere et juſtæ æquitatis pondere dijudicare et ordinare ſtuduerit, nimirum ſibi ad aternam retributionem hoc profuturum debet confidere, quoniam infructuoſum eſſe non poteſt, quod largitori bonorum omnium Deo, juſtorumque operum impenditur remuneratori, quapropter noverit ſagacitas ſeu utilitas omnium Fidelium noſtrorum tam et præſentium quam et futurorum, quia vir venerabilis *Hrabanus* Mogonciacenſis

ſanctæ

Digitized by Google

ſanctæ Dei Eccleſiæ Archiepiſcopus noſtram adiit clementiam, ſuggerens, eo quod accidente caſu monaſterium vocabulo *Clingo* ſitum in pago *Spirahgouve*, igne crematum ſit et in eodem incendio, ſtrumenta 2) Cartarum exuſta vel concremata fuiſſent, per quæ ſcilicet Reges et ceteri Deo timentes homines pro remedio animæ ſuæ res et mancipia ad idem delegaverunt monaſterium, unde petiit prædictus *Hrabanus* Venerabilis Archi-Epiſcopus ſerenitatem noſtram, ut pro mercedis noſtræ aucmento et firmitatis ſtudio eidem monaſterio noſtram auctoritatem fieri juberemus per quam modernis et futuris temporibus res et mancipia, quæ per præfata ſtrumenta Cartarum eidem tradita fuerunt monaſterio firmiter, quiete et ſecure a prælatis ipſius monaſterii haberentur vel poſſiderentur. Cujus petitionem propter Divinum amorem et venerationem beati *Michaelis* Archangeli et *Theodoli* Martyris, cujus honore et nomine præfatum monaſterium dicatum eſſe cognoſcitur, aſſenſum præbentes, hanc noſtram auctoritatem circa ipſum monaſterium ejusque Rectores fieri decrevimus . . . . . . et

 manci-

Digitized by Google

mancipia quæ ex liberalitate Regum vel cæterorum Fidelium eidem conlatæ fuerunt monaſterio et præſenti tempore a Rectoribus ipſius juſte et legaliter tenentur vel poſſidentur noſtris et futuris temporibus per hanc noſtram auctoritatem absque ullius inquietudine vel injuſta interpellatione quiete et ſecure habere vel poſſidere valeant; quod ſi forte ſuper eisdem rebus ante prædictam exuſtionem a prælatis ipſius monaſterii jure poſſeſſis quæſtio orta fuerit et pro eis legaliter in foro diſceptari neceſſe ſit. ita per hanc noſtram auctoritatem eædem res et mancipia ipſius monaſterii defendantur, ſicuti per eadem ſtrumenta, ſi igni abſorta non fuiſſent, legibus defendi poterant. Et ut hæc auctoritas inviolabilem atque inconvulſam omni tempore obtineat firmitatem, manu propria ſubter firmavimus et anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum Domni *Hludovici* ſereniſſimi Regis *Reginbertus* ad vicem *Radleichi* recognovi. Data VIII. idus junii anno Chriſto propitio XV. Regni Domni *Hludovici*glorioſiſſimi Regis in Orientali. Indict. VIIII. Actum *Driburin* 3) in Dei nomine feliciter Amen.

1) *Lu-*

1) *Ludovicus II.* Imp. et Rex Italiæ, *Lothario* parenti ſuccedit.

2) Idem ac inſtrumenta. *Iſidorus Cap.* 19.

4) *Tribur, Dribure, Triburia, Dripura &c.* in Chartis legitur. Hæc villa Regia, curtis Regia haud longe diſtat a vico *Aſtheim* et dextra *Rheni* ripa. Locus a celebratis ibidem ſynodis aliisque Principum conventibus celebris. Notat *Sigebertus Gemblacenſis* ad annum DCCCXLVIII. *Rabbanus* Abbas Fuldenſis Ordinatus Moguntiæ Archiepiſcopus. Celebrata ſynodo Moguntiæ juſſu *Ludovici* Regis, multa Eccleſiæ utilia decrevit.

III.

Abbatiæ Clinga, vulgo, Clingenmünſter, a Dagoberto Rege fundatæ et Eccleſiæ Moguntinæ attitulatæ, jurium confirmatio ab Henrico IV. Rege facta. an. 1080.

In Nomine ſancte et individue Trinitatis. *Heinricus* divina favente Clementia Rex. Anteceſſorum noſtrorum Regum vel imperatorum decreta Corroborare, et Reges et imperatores ſibi in ſucceſſoribus ſuis providere, videlicet, ut ſicut ipſi ſua ſtatuta firma permanere in poſterum cupiunt, ita ſuorum Anteceſſorum geſta nunquam labefactare

 pre-

preſumant; ea tamen, que rationabiliter et Catholice eos feciſſe Cognoſcunt. vnde et Nos anteceſſoris noſtri *Dagoberti* decreta confirmamns, ea videlicet, que ſuper Abbatia illa, que vocatur *Klinga*, eum decreviſſe Cognovimus. Cujus Abbacie idem *Dagobertus* fundator fuit devotus, et quam Legem habitura foret a Prelatis eadem Abbacia, preſcripſit ſollicitus. hanc ſiquidem Abbaciam *Klinga Dagobertus* Rex conſtruxit, et Moguntie Eccleſie eam attitulavit, talique Jure et Privilegio ſupradictum Locum premunivit; ut Abbas ſimul cum familia ab omni ſervicio Regis, ſeu Epiſcopi, ſeu Advocati excuſatus, monaſterii ſui utilitatibus omnimodis intendat, excepto, quod Moguntinenſi Preſuli unum Caballum *), modium triticee farine portantem ad regalem expeditionem transmittat. quod ſi aliquis Advocatus, vel alia quelibet perſona Major vel minor, plus quam Conſtitutum eſt, ab Abbate illius Loci exigere preſumpſerit, ſex Talenta auri ad ſupradictum locum perſolvat, totidemque ob noſtram gratiam minuendam Coactus reddat.

Que

Digitized by Google

Que omnia decreta a *Dagoberto* Rege, *Ludovico* Rege, *Heinrico* ſecundo Imperatore, ſuper Abbacia *Klinga*, Nos quoque in eadem verba Confirmamus. Et ut omni evo firma permaneant, hanc Cartam inde Conſcribi Juſſimus, quam, ut infra videtur, manu propria Corroboratam et ſigilli noſtri impreſſione inſignitam, omnibus ſeculis notificandam relinquimus.

Data anno Dominice incarnationis MLXXX. Indictione IIII, VII Idus Decembris. Anno autem ordinationis Dni *Heinrici* Regis XVII, Regni XXVI. actum feliciter, *Spire*, in nomine Domini Iheſu Xpi Amen.

*) Vide ſequens diploma ſub N. IV.

IV.

Adelberti I. Archiep. Mog. innovatio ac declaratio fundationis Dagobertinæ reſpiciens monaſterium Clingenmünſter an. 1115.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. *Adelbertus* Dei miſericordia Moguntinenſis Archiepiſcopus Apoſtolice Sedis Legatus. Dignum et rationi conſentaneum videtur, ut, qui ad Eccleſiarum

ſiarum regimen Deo diſpenſante vocati ſumus, ad Bonam Diſpenſationem in eis oculum conſiderationis adhibeamus; et ſicut noſtra ſtatuta firma manere inpoſterum cupimus, ita Regum noſtrorum geſta nunquam labefactura permittamus, ea que rationabiliter et catholice eos feciſſe cognoſcimus.

Vnde et nos, auctoritate apoſtolica cujus Legatione fungimur, decreta illuſtris Regis *Dagoberti* confirmamus, ea videlicet, que ſuper Abbacia illa que vocatur *Clyngen* eum decreviſſe cognovimus; cujus Abbacie idem *Dagobertus* fundator extitit glorioſus, et quam legem habitura foret a Prelatis eadem Abbacia preſcripſit ſollicitus. hanc ſiquidem Abbaciam *Clingen Dagobertus* Rex conſtruxit, et Maguntine Eccleſie eam attitulavit, talique jure et privilegio, ut electus a fratribus ejusdem Abbacie *Clyngen* in Abbatem, confirmationem temporalium et ſpiritualium a Maguntino Archiepiſcopo requirat, et ſpirenſis Epiſcopus ipſi Electo a Moguntino Confirmato, munus benedictionis, ſolummodo cum requiſitus fuerit, impendat; nichil tam Maguntinus quam ſpirenſis Epiſcopus ſeu ſui

ſucceſ-

ſucceſſores ratione ſue conſecrationis percepturi. ſepedictus vero Abbas cum familia, ab omni ſervitio Regis, ſeu Epiſcopi, ſeu Advocati excuſatus, monaſterii ſui utilitatibus omnimodis intendat, excepto quod Maguntino Archiepiſcopo unum Caballum *) modium triticee farine portantem, ad regalem expeditionem transmittat, in teſtamentum pactionis.

Quodſi aliquid Advocatus vel alia quelibet perſona major vel minor, plus quam conſtitutum eſt, ab Abbate illius loci exigere preſumſerit, ſex Talenta auri ad ſupradictum locum perſolvat, totidemqne ad gratiam Regis imminuendam coactus reddat. que omnia decreta a *Dagoberto* Rege, *Ludovico*, *Henrico* Imperatore ſecundo ſuper Abbacia *Clingen*, nos quoque in eadem verba auctoritate Apoſtolica cujus legatione fungimur, confirmamus; et ut omni evo firma permaneant, hanc cartam inde conſcribi Juſſimus; quam ut juſta videatur, manu propria corroboratam et ſigilli noſtri impreſſione inſignitam, omnibus notificandam relinquimus. Amen.

Acta

Acta ſunt hec, Anno ab incarnatione Domini MCXV, indictione VIII. regnante ſereniſſimo Imperatore *Henrico* quarto. Spirenſi Epiſcopo *Brunone*. Data *Maguntie* Idus Maii **).

*) *Caballus* vox nota juvenali ſatyr. II. aliisque ſcriptoribus caſtæ latinitatis. Licet vero non quosvis equos ſic appellaverint latini, ſed viliores tantum, cujusmodi ſunt, qui piſtrinis, agriculturæ et mercium vecturis inſerviunt; alia tamen Francis Germanisque fuit ratio, generoſos quoque et militares equos illa voce notantibus. Ita caballi domiti et domandi, cum ſcuto, lancea &c. in clientelæ ſignum Regibus dati occurrunt in vetuſtioribus chartis, ſed et medii pretii equus appellabatur Caballus medianus; Caſtratus autem in lege Salica tit. 40. §. 3. audit Caballus ſpadatus. *Du Freſne Gloſſar*.

**) Hæ litteræ anno 1277. VI. Kal. Junii vidimatæ ſunt a Simone Decano et Capitulo Moguntino, qui proteſtati ſunt, ſe ipſas vidiſſe in vero ſuo Originali, non cancellatas, non abolitas, non vitiatas, nec ulla ſui forma ſuſpectas.

Digitized by Google

V.

Littere ſuper duobus manſis in Swebechenheim de quibus damus duos denarios. 1176.

Stephanus Dei Gracia Clingenſis Abbas *Ortolibo* Abbati *Uterine Vallis* et ejus fratribus eorumque ſucceſſoribus in perpetuum. Propter cautelam fratrum in *Uterina Valle* commorantium noticiamque preſencium ac futurorum ſcripto tradere et carte huic inſerere curavimus qualiter predicto Abbati ejusque ſucceſſoribus in preſencia fratrum noſtrorum manſum unum apud *Schwebechenheim* *) hereditario jure poſſidendum tradidimus. ut ſingulis annis in feſto ſancti *Michaelis* duo denarii exinde perſolvantur. Ne quis igitur perverſus predictos fratres de hac tradicione inquietare preſumat. ſub Xpi adteſtatione et ſancti *Michahelis* ſigilli noſtri impreſſione munire curavimus. Hujus rei teſtes ſunt. Cunradus vir ingenuus *de Rieth* et *Eberhardus* frater ejus. *Diemarus de Lumersheim. Udalricus* frater *Heinrici* Marſcalci. *Cunradus de Annewilre. Billungus de Huchelheim. H.* filius *H.*Marſchalci. Anno Domi-

Digitized by Google

Dominice Incarnacionis M°. C°.LXX°.VI°. Indiccione nona. Acta ſunt hec. Item alium manſum in villa ſupradicta eisdem fratribus tradidimus quatenus in feſto predicto itidem duo denarii perſolvantur.

6) In Decanatu *Wiler* hod. *Weyer* ſub *Rippurg*.

VI.

Controverſia inter Abbates Clingenſem et Wadegotienſem ſuper octo unciis denariorum ab Eccleſia in Buckenheim annue ſolvendorum dirimitur.
an. 1271.

Hertwicus Dei Gratia Abbas Monaſterii Clingenſis Spirenſis Dioeces: univerſis, ad quorum memoriam præſentes litteræ pervenerint, fidem adhibendam ſubnotatis, tenore præſentium profitemur, quod cum cauſa verteretur inter nos ex parte una et Dominum Abbatem *Wadegoz*: ex parte altera ſuper octo uncys denariorum Wormatienſis monetæ, quæ de Eccleſia beati *Martini* in *Buckenheim* ſingulis annis nobis ſolvi debebant, inſtrumento viſo et cognito, ſigillo noſtri conventus ſigillato, quod antedicti cenſus permutati ſunt et trans-

translati in *Borsbach*, ipſum Dominum Abbatem Wadegocenſem abſolvimus ab actione, quam movebamus ſibi ſuper eisdem cenſibus coram Domino Præpoſito Wormacienſi. In cujus rei argumentum præſentes litteras ſigillo noſtro dedimus ſigillatas. Datum anno Domini MCC ſeptuageſimo primo feria quinta poſt Dominicam *quaſi modo*.

VII.

Littera confirmationis Abbatis monaſterii Clingenſis per majorem partem Conventus electi. 1377.

Adolffus &c. univerſis et ſingulis et preſertim quos preſens tangit negocium ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Juſte petencium deſideriis animum noſtrum libenter inclinamus. Cum itaque nuper vacante Abbatia monaſterii Clingenſis Ordinis ſancti *Benedicti* noſtre ſpirenſis Dyoceſis per mortem Religioſi viri quondam *Heilmanni Snydelauch* ultimi dicti monaſterii dum vixit Abbatis Religioſi viri Prior . . . Conventuales dicti monaſterii Clingenſis vocatis vocandis more ſolito et conſueto omnibus

nibus et ſingulis qui voluerunt et debuerunt intereſſe ad certum peremptorium terminum videlicet XIII[a] die hujus menſis Martii in loco Capitulari dicti monaſterii conventualiter congregati pro electione futuri Abbatis celebranda Religioſum virum *Rudolffum de Bergen* monachum profeſſum et Infirmarium ejusdem monaſterii Abbatem tamquam major et ſanior pars conventualiter congregatorum dicta XIII. die menſis Martii nominaverunt et elegerunt ut in inſtrumentis deſuper confectis nobis oblatis plenius continetur, unde nos informatione ſuper vita et converſatione ipſius *Rudolffi* recepta nominationem et electionem de perſona ſua ut premittitur a Priore et Conventualibus monaſterii Clingenſis predictis tamquam a majori et ſaniori parte factas cenſuimus confirmandas et ipſas Dei nomine confirmamus in hys ſcriptis, curam animarum amminiſtrationem ipſius Abbacie et monaſterii ſibi in animam ſuam committentes, mandantes omnibus et ſingulis dicti monaſterii monachis ſubditis Officiatis et Vaſallis ac omnibus aliis communiter et diviſim ad quos hoc ſpectat, quatenus dicto *Rudolffo* ut vero dicti

mona-

monaſterii Clingenſis Abbati obediant et fideliter intendant ſibique obedientiam et reverenciam debitas faciant et exhibeant ac fidelitatis juramentum preſtent prout hactenus hec in dicto monaſterio noſcuntur obſervata et alia faciant que de jure et conſuetudine vero dicti monaſterii Abbati fieri ſunt conſueta nec non de fructibus, redditibus et proventibus univerſis ac ſingulis ad ipſam Abbaciam ſpectantibus integraliter et ſine diminucione reſpondeant et ab aliis, quantum in eis eſt, faciant reſponderi, nullus autem omnino hominum preſenti noſtre confirmationi et mandato auſu temerario audeat contraire, quodſi quis attemptaverit contra ipſam, ad penas graviores auctore Domino procedemus. In cujus rei teſtimonium &c. Datum *Eltvil* in Vigilia Paſche anno Domini Milleſimo CCCLXX ſeptimo.

VIII.

Mandatum directum Abbati et Conventui monaſterii in Clingenmünſter Ordinis ſancti Benedicti ſuper reformatione ejusdem monaſterii 1452.

Theodericus &c. Religioſo *Bernhardo* Abbati Priori ſingulisque Religioſis monaſterii in *Clingenmonſter* Ordinis ſancti *Benedicti* devotis nobis in Chriſto dilectis ſalutem in Domino ſempiternam. Inter ceteras ſolicitudinum curas noſtris humeris ex paſtorali nobis crediti officii debito incumbentes illas vigilanciori ſtudio amplectimur, quarum exercicio divina laus dilatatur, ſalus animarum adaugetur et populo Chriſtiano memoriale devocionis exemplum relinquitur, quod tunc potiſſimum efficere animadvertimus, cum fideles cure noſtre ſubjectos in tenebris et in via oberrantes ad lucem juſticie et veritatis ſemitas reducendo profeſſionis ſue vota adimplere coartamus, ſane intelleximus non ſine diſplicentia monaſterium veſtrum a regulari obſervantia fundacionis et inſtitucionis demum, vosque proprie ſalutis et profeſſionis immemores votis Deo emiſſis poſtergatis et profeſſionis

feſſionis veſtre regulis atquc priorum Patrum veſtrorum, in quorum loca ſucceſſiſtis, inſtltutis neglectis in religionis fervore et obſervantia miſerabiliter tepuiſſe ac a tramite regulari deviando moribus et actibus inordinatis ac profeſſioni veſtre adverſantibus laſcivire; nos itaque ex officii noſtri debito hujusmodi diſtemperanciis inordinationibus negligenciis quantum in nobis eſt, pervigili diligencia occurrere et ipſum monaſterium atque vos ſingulos ad decentem obſervanciam redigere deformata reformare, vicia extirpare et virtutes monaſtice diſcipline in eodem plantare volentes et renovare, ne ſanguinem veſtrum de noſtris manibus requiri contingat, vos omnes Abbates Priores et ſingulos dicti monaſterii religioſos in Domino hortamur monemus et requirimus atque in virtute obediencie diſtricte precipiendo vobis mandamus, quatenus ad cor et juſticie ac veritatis ſemitas redeuntes vota Domino oblata et vitam regularem juxta normam ordinacionis et ſtatuta Ordinis, quem profeſſi eſtis, infra ſpatium trium menſium a die datarum preſencium computatorum effectualiter obſervare, mores reformare et

 actus

actus veſtros in melius emendare incipiatis atque incepta fideliter continuare ſtudeatis, ut ſic de tenebris in lucem prodeundo exuta periculoſa priſtina vetuſtate in ſanctitate veritatis et juſticie renovari atque eterne retribucionis gloria ineffabili mereamur decorari, alioquin ſi hujusmodi noſtris mandatis intra dictum terminum realiter et cum effectu non parueritis aut aliqui non paruerint deſides et in premiſſis inobedientes digna emendatione caſtigabimus, nichilominus aliis penis et cenſuris mediantibus adverſus eosdem ſeverius proceſſuri. Ut igitur hec noſtra mandata ad omnium et ſingulorum, quorum intereſt aut quomodolibet in futurum intereſſe poterit, publicam deducatur noticiam, vobis Abbati et Priori prefatis firmiter precipiendo mandamus, quatenus has noſtras litteras et in eis contenta infra ſex dierum ſpatium poſt earundem vobis factam preſentacionem in dicto monaſterio veſtro palam et publice in Conventu et congregacionibus veſtris inſinuare et publicare curetis, ne inpoſterum quisquam tepidus aut negligens in premiſſis pretextu cujusvis ignorantie ſe valeat excuſare. Datum

Aſchaf-

Digitized by Google

Aſchaffenburg noſtro ſub ſigillo preſentibus impreſſo die quarta Aprilis anno Domini Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo.

IX.

Confirmatio Abbatis monaſterii in Clingenmonſter. 1457.

Theodericus &c. univerſis et ſingulis Chriſti fidelibus ad quos preſentes noſtre littere pervenerint, quorum intereſt vel intererit et quos infra ſcriptum tangit ſeu tangere poterit negotium quomodolibet in futurum ſalutem in Domino ſempiternam cum noticia ſubſcriptorum. Cum monaſterium in *Clingenmonſter* Ordinis ſancti *Benedicti* ſpirenſis Diœceſis ad honorem noſtre metropolis a ſue primeve fundationis exordio per Divos Romanorum Imperatores et Reges talis privilegii prefulget dignitate, quod vacante Abbatia monaſterii pretacti novusque ſurrogandus Abbas ab Archiepiſcopo Maguntino pro tempore exiſtenti debeat confirmari et approbari prout et noſtri felicis recordationis Archiepiſcopi Maguntini anteceſſores Abbates ipſos tempore vacacionis

cionis dicte Abbacie in *Clingenmonſter* confirmarunt et approbarunt. Vacante itaque nuper Abbatia predicta per liberam reſignacionem Religioſi nobis in Chriſto devoti *Bernhardi* dicti *Schilling* de *Surburg* inmediati et noviſſimi ejusdem monaſterii Abbatis Religioſi nobis in Chriſto devoti Prior et conventuales ipſius monaſterii totum capitulum ejusdem ex tunc repreſentantes capitulariter et conventualiter congregati diſpendiorum periculis que nonnunquam ex diſcordi electione Prelatorum atque diuturna vacacione Prelaturarum ſolent provenire prudenter obviare et ſalubriter providere cupientes deliberatione matura et diligenti prehabita per compromiſſi formam procedere volentes ooncorditer et unanimiter prefatum *Bernhardum* dictum *Schilling* in compromiſſarium negotii electionis hujusmodi deputarunt ac in eum compromiſerunt plenam et liberam ſibi dantes eligendi poteſtatem confirmandum et approbandum. Qui quidem compromiſſarius ſervatis ſervaudis Religioſum *Erpſonem Brack* de *Clingen* ejusdem monaſterii fratrem profeſſum in ſacerdocio et legitima etate conſtitutum tan-

tanquam ad hoc abilem et ydoneum ac de legitimo matrimonio procreatum in ſpiritualibus et temporalibus ut plurimum circumſpectum ad dictam Abbatiam in vim compromiſſi hujusmodi et ex poteſtate ſibi tradita in ſuum et dicti monaſterii Abbatem elegit et pronunciavit, cui quidem electioni prefatus *Erpſo* de poſt expreſſe conſenſit, unde nobis humiliter ſupplicatum eſt, quatenus electionem ipſam de perſona prefati Erpſonis ſic ut premittitur rite et canonice factam approbare ratificare et confirmare nec non ipſum *Erpſonem* de dicta abbacia auctoritate noſtra gratioſe inſtituere et inveſtire dignaremur prout hec in patentibus litteris ſigillo dicti capituli et Conventus munitis et roboratis ac per notarium ſubſcriptum ſignatis et in publicam formam redactis plenius vidimus contineri. Nos itaque ſervatis ſervandis reperientes ipſam electionem tam in ſui forma quam materia fuiſſe et eſſe canonicam nec quidquam petite confirmationi obſtare, idcirco electionem eandem ac ipſum *Erpſonem* electum auctoritate noſtra qua fungimur in hac parte in Dei nomine in prenominati monaſterii Abbatem con-

 firman-

firmandum et approbandum decernimus, confirmamusque et approbamus, nec non eidem *Erpſoni* curam regimen et adminiſtrationem dicte Abbatie atque monaſterii jurium et pertinentiarum ejusdem in ſpiritualibus et temporalibus committimus per preſentes et quocirca Religioſis Priori Conventualibus et perſonis ejusdem monaſterii omnibusque aliis et ſingulis ſupradictis quorum intereſt vel intereſſe poterit communiter vel diviſim noſtris et Eccleſie noſtre Moguntinenſis ſubditis et fidelibus dilectis in virtute ſancte obedientie et ſub excommunicationis pena, quam canonica monicione premiſſa in contra facientes vel rebelles ferimus in hys ſcriptis diſtricte precipiendo mandamus quatenus prefato *Erpſoni* tamquam vero et legitimo ſuo et dicti monaſterii Abbati fideliter et efficaciter obediant, ſibi reverenciam debitam et devotam exhibeant aliaque faciant juxta dicti monaſterii conſuetudinem hactenus laudabiliter obſervatam ac ipſum *Erpſonem* in corporalem realem et actualem poſſeſſionem vel quaſi dicte abbatie nec non jurium et pertinentiarum ejusdem mittant et inducant, inductum defen-

defendant, ſibi de ipſius Abbatie fructibus redditibus juribus et obventionibus univerſis plene et integre reſpondentes et per hos quorum intereſt, reſponderi facientes locis et temporibus oportunis preſencium ſub noſtri ſigilli appenſione teſtimonio litterarum. Datum *Aſchaffenburg* die quarta menſis Marcii anno Domini Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo.

X.

Ut Dominus conſtituit et ordinavit Bernhardum Schilling de Surburg in Coadjutorem Abbatis et Conventus monaſterii in Clingenmonſter Spirenſis Dioceſis 1457.

Theodericus &c. religioſis nobis in Chriſto devotis et fidelibus dilectis *Erpfoni* Abbati confirmato necnon Priori atque conventui monaſterii in *Clingenmonſter* ſpirenſis Dioceſis ſalutem in Domino ſimpiternam. Nec rationi contrarium nec a prudentum cernimus ſententia alienum quod tu Abbas diſtractus curarum pondere et multiplicibus negociorum anfractibus involutus partem tue ſollicitudinis habeas in miniſtris,

 unde

unde attendentes odorem bone fame et redolentis virtuoſi nominis quo monaſterium memoratum ex religioſa vita converſacione laudabili nec non et adminiſtratione fructifera quam Religioſus nobis in Chriſto dilectus *Bernhardus* dictus *Schilling* de *Surburg* in mediatus et noviſſimus ejusdem monaſterii Abbas tuus predeceſſor ibidem geſſerat, que communis fame relatu claruit hactenus et cottidianis devotionum ſtudiis proficit inceſſanter, ea propter animo deliberato non per errorem aut inprovide ſed ſano tui Abbatis et Conventus prefatorum accedente aſſenſu dictum *Bernhardum* hijs et aliis rationabilibus cauſis animum noſtrum ad id moventibus coadjutorem tui Abbatis et ſucceſſorum tuorum Abbatum quamdiu in humanis fuerit, creamus, ordinamus facimus et conſtituimus per preſentes, volentes ut ipſe *Bernhardus* officium hujusmodi habeat et auctoritate noſtra atque veſtra una tecum et quolibet Abbate pro tempore exiſtente quoad vixerit ſolerti perquirat indagine et cuſtodioſa rimetur inquiſitione jura cenſus fructus uſus utilitates obventiones pertinencias et omnia et ſingula huic offi-

cio

cio ſuo debita et ea que vel ex malitia predeceſſorum Abbatum et rectorum ejusdem monaſterii dilapſa vel prejudicioſa fraude diſtracta fuerint, quo ad poterit, recuperet relevet et reſtauret, et ut ſepedictus *Bernhardus* adminiſtrationem hujusmodi officii eo liberius valeat exercere, eidem officio ſub ſcriptos cenſus, redditus, proventus jura et res unimus, annectimus et de certa noſtra ſcientia tui Abbatis et Conventus aſſenſu concurrentibus ex toto quantum de jure poſſumus incorporamus mandantes omnibus et ſingulis noſtris et eccleſie noſtre Maguntinenſis ſubditis et fidelibus dilectis, quatenus predictum *Bernhardum* in eodem officio, juribus, redditibns et obventionibus ſubſcriptis, ut prefertur incorporatis et aſſignatis manu tenere conſervare et defendere debeant non admittentes ipſum qui jam ſub alis noſtre protectionis ſecuritatem accepiſſe letetur, in premiſſis vel eorum aliquo a quibuscunque quomodolibet impediri, cenſus autem et obventiones prefato officio uniti et ipſi *Bernhardo* ut premittitur aſſignati ſpecifice continentur et lucidius deſcribuntur in quadam littera teuthonicali

nicali de anno Domini Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto die lune beati *Nicolai* Epiſcopi data et ſigillo appenſo veſtri conventus ſepe dicti munita, quos preſentibus de verbo ad verbum prout ibidem ſcripti ſeu ſcripte ſunt, volumus habere inſertos et inſertas, in fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum preſentes litteras noſtras juſſimus et fecimus appenſione ſigilli noſtri communiri. Datum *Aſchaffenburg* die ſexta menſis Marcii anno Domini Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo.

XI.

Translatio Monaſterii Clingenmünſter. 1490.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum. Ad perpetuam rei memoriam. Ex Superne Majeſtatis providentia Romanus Pontifex in Apoſtolice dignitatis ſublimitate conſtitutus circa eccleſiarum et monaſteriorum omnium aliarumque perſonarum ſtatum in melius dante Domino commutandum prout ex debito paſtoralis officii ſibi incumbit, diligenter proſpicit et intendit ac illum interdum

terdum alterat et immutat prout locorum et temporum ac perſonarum qualitatibus diligenter penſatis in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Ad illos quoque dexteram ſue liberalitatis extendit, quos ad id propria virtutum merita multipliciter commendant. Sane pro parte dilectorum filiorum nobilis viri *Philippi* Comitis Palatini Rheni Electoris Imperii ac Bavarie Ducis nec non *Eucharii* Abbatis et Conventus monaſterii ſancti *Michaelis* in *Clingenmonſter* Ordinis ſ. *Benedicti* Spir. Dioc. Nuper nobis exhibita peticio continebat, quod in dicto monaſterio cujus Abbas pro tempore ſue electionis confirmationem ab Archiepiſcopo Moguntino pro tempore exiſtente obtinere conſuevit et in quo nobiles dumtaxat in monachos recipi ſolebant, quodque pluribus bonis immobilibus cenſibus et decimis olim opulenter dotatum extitit, ſucceſſu temporis cum principes et alii Domini temporales circum vicini cum eorum comitiva in eo hoſpitari et recipi cepiſſent, concurrente ad illud nobilium et ignobilium indies multitudine obſervantia regularis paulatim plurimum refriguit, illius edificia pro parte

ad

ad ruinam jam devenerunt et reliqua ruinam minantur ac quam plura immobilia bona alienata diſtracta et deperdita fuerunt adeoque illius Abbates qui fuerunt pro tempore pro ſupportandis hujusmodi oneribus plures pecunias mutuo acceperunt et pro illis bona dicti monaſterii obligaverunt, certas penſiones ſive reſponſiones annuas perſolvendo et cum ſtatuto termino penſiones de pecuniis mutuo acceptis perſolvere non poſſent, propter tenuitatem dictorum fructuum et magna alia onera eidem monaſterio incumbentia opus fuit aliam pecuniam ſucceſſive mutuo accipere et pro pecunia accepta eciam aliam penſionem ſeu reſponſionem annuam perſolvere ac ita bona dicti monaſterii paulatim deperierunt, numerus monachorum ac miniſtrorum et conſequenter divinus cultus diminutus extitit in tantum, ut in ipſo monaſterio in preſenciarum dumtaxat preter ipſum *Eucharium* Abbatem dilecti filii *Petrus Stock* et *Otto Gans* et *Johannes Graſſlag* monachi illius exiſtant, qui preterquam in aliquali habitus diſtinctione in reliquis vix a clericis ſecularibus differunt. Verum ut eadem peticio

ticio ſubjungebat, ſi monaſterium ipſum ſuppreſſis ibidem et penitus extinctis ordine predicto et abbatiali aliisque dignitatibus et officiis illiusque dependentibus, ſi qua ſint, in ſecularem et collegiatam eccleſiam cum communi archa ſive burſa ſigillo aliisque inſignibus Collegialibus et in ea Prepoſitura que principalis et ſine cura ac Decanatus qui ſecunda dignitates nec non cuſtoria et cantoria que inibi officia forent et ſeptem canonicatus et totidem prebende pro totidem canonicis per quos dumtaxat et non alios Decanatus Cuſtodia et Cantoria hujusmodi cum canonicatibus et prebendis obtineri poſſent, quique cum Prepoſito ejusdem eccleſie pro tempore exiſtente ut eorum capite capitulum inibi conſtituerent, nec non octo perpetua beneficia eccleſiaſtica ſine cura vicarie nuncupata pro totidem presbiteris ſive clericis ſecularibus erigerentur ac tres pueri chorales et unus Magiſter *Magiſcola* nuncupatus, qui in choro ejusdem eccleſie tempore celebrationis Divinorum inibi deſervirent inſtituerentur. Profecto ne nobiles in monaſterio hoſpitarentur et ne bona dicti monaſterii ad pias cauſas relicta

in

in prophanos uſus et inutiliter diſſiparentur, oportune provideretur, ſuccederetque inibi divini cultus incrementum et non ſolum fructus ac bona ipſius monaſterii ſic in collegiatam eccleſiam erigendi conſervarentur, ſed alienata et deſtructa ad jus et proprietatem ejusdem eccleſiæ facilius per eosdem ſic ſeculares recuperentur atque reducerentur ac alias auxiliante Domino augmentarentur, eccleſia vero ejusdem monaſterii in ſuis ſtructuris decentius repararetur et reformaretur, quare pro parte Ducis Abbatis et Conventus predictorum aſſerentium ſe per aliquem alium modum periculis monaſterii hujusmodi obviare aut ſtatui eorundum commodius et ſalubrius providere non poſſe, ipſumque Philippum Ducem pro ſe et ſucceſſoribus ſuis hoſpitalitati hujusmodi ex nunc renuntiare et ne ab aliis nobilibus exactio hoſpitalitatis predicta fiat deinceps procurare velle, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in ipſo monaſterio nomen et titulum monaſterii ac ordinem nec non Abbatialem aliasque dignitates officia ac beneficia quecunque regularia monachales quoque portiones ac quamcunque dependentiam

Digitized by Google

dentiam hujusmodi penitus et omnino ſupprimere et extinguere ipſumque monaſterium in ſecularem collegiatam eccleſiam ſub eadem invocatione ſancti *Michaelis* cum communi ſigillo et archa ſive burſa aliisque inſignibus collegialibus et in ipſa eccleſia Prepoſituram que inibi principalis et ſine cura pro Prepoſito ac Decanatum qui Curatus et ad quem indictio Capituli ac vicariorum ſeu beneficiatorum ejusdem eccleſie correctio ſpectare debeat pro Decano, dignitates nec non Cuſtodiam ac Cantoriam, que Officia ſine cura exiſtant et ſeptem Canonicatus et totidem prebendas pro totidem Canonicis per quos dumtaxat et non alios Decanatus et Officia predicta obtineri poſſint, quique una cum Prepoſito ut Capite Capitulum ibidem conſtituant, nec non octo perpetua beneficia eccleſiaſtica ſine cura Vicarias nuncupata pro totidem presbiteris ſive clericis ſecularibus perpetuis beneficiatis vicariis nuncupatis ac unum Magiſcolatum cum tribus pueris choralibus pro uno Magiſcola qui eosdem pueros in Grammatica et cantu docere et inſtruere habeat, erigere, creare et inſtituere aliasque in premiſſis

 opor-

oportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui monaſteriorum et aliorum religioſorum locorum quorumlibet bona ac ipſorum decorem et in melius directionem et in illis divinum cultum noſtris potiſſime temporibus conſervari et augeri ſummis deſideramus affectibus, quique dudum omnes dignitates Officia Canonicatus et prebendas ceteraque beneficia eccleſiaſtica apud ſedem Apoſtolicam tunc vacancia collationi et diſpoſitioni noſtre reſervavimus decernentes ex tunc irritum et inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari de premiſſis alias fide digna relacione informati et diligenti inquiſitione et examinatione deſuper habita hujusmodi ſupplicationi inclinati ad divini nominis laudem et gloriam in ipſo monaſterio nomen et titulum ac dictum ordinem nec non abbatialem aliasque dignitates Officia et beneficia quecunque regularia, monachalesque porciones ac dependenciam quamcunque auctoritate Apoſtolica et ex certa noſtra ſcientia tenore preſentium penitus et omnino ſupprimimus et extinguimus ipſumque

mona-

monaſterium in ſecularem et collegiatam eccleſiam cum communi archa ſive burſa ſigillo Capitulo aliisque Collegialibus inſignibns et in ipſa eccleſia Prepoſituram que inibi principalis et ſine cura pro Prepoſito ac Decanatum cni cura inmineat animarum et ad quem pro tempore indictio Capituli ac Vicariorum ſive beneſiciatorum ejusdem eccleſie correctio ſpectare debet, dignitates, nec non cuſtodiam ac cantoriam que ſine cura Officia exiſtant; ſeptemque Canonicatus et totidem prebendas pro totidem Canonicis per quos duntaxat et non alios Decanatus et officia predicta obtineri poſſint, quique una cum Prepoſito ejusdem eccleſie pro tempore exiſtente Capitulum inibi conſtituant, necnon octo perpetua beueficia eccleſiaſtica ſine cura Vicarias nuncupata pro totidem presbiteris ſive clericis ſecularibus perpetuis inibi beneficiatis ac unum magiſcolatum cum tribus pueris choralibus pro magiſcola qui pueros hujusmodi in cantu et aliis docere et inſtruere habeat, qui quidem magiſcola et pueri in eadem eccleſia divinis officiis intereſſe teneantur auctoritate et ſcientia ſimilibus alias tamen

men ſine prejudicio Ordinariorum et jure parrochialis Eccleſie ibidem ſemper ſalvo erigimus creamus et inſtituimus, ipſamque eccleſiam predictam et aliis collegialibus nomine et inſignibus decoramus ac omnia et ſingula mobilia et immobilia bona nunc ad dictum monaſterium pertinentia menſe capitulari dicte eccleſie pro Prepoſiture Decanatus Cuſtodie et Cantorie ac Canonicatuum et prebendarum nec non beneficiorum et Magiſcolatus hujusmodi erectorum dote ac dictorum puerorum ſuſtentatione perpetuo applicamus et appropriamus, et nihilominus ut Decanus Cuſtos et Cantor ac beneficiati vicarii nuncupati nec non ut Magiſcola et pueri predicti divinis officiis commodius intereſſe poſſint, Canonicatui decem maldra ſiliginis et decem maldra ſpelte ac decem maldra avene nec non unum plauſtrum vini, Cuſtodie vero decem maldra ſiliginis et decem maldra avene et medium plausſtrum vini una cum fructibus qui ad cuſtodiam ipſius monaſterii ante hujusmodi ſuppreſſionem et erectionem pro oneribus eidem Cuſtodie incumbentibus pertinebant. Cantorie autem decem maldra

ſiligi-

ſiliginis decem maldra avene et medium plauſtrum vini, ſingulis vero beneficiatis vicariis nuncupatis quindecim maldra ſiliginis et quindecim maldra ſpelte vel avene ac unum plauſtrum vini prout per Capitulum ejusdem eccleſie aſſignabitur ac certam partem terre arabilis, nec non Magiſcolatui pro illorum dote octo maldra ſiliginis et ſeptem maldra ſpelte vel avene et medium plauſtrum vini, pueris vero choralibus predictis pro illorum faciliori ſuſtentatione novem maldra ſiliginis et ſex maldra ſpelte ac tres libras denariorum monete illarum partium perpetuo aſſignamus, applicamus et appropriamus. Pro quotidianis autem diſtributionibus ex redditibus dicte eccleſie centum ſeptuaginta florenos Renenſes inter Prepoſitum qui propter preeminentiam duplum ejus quod unus Canonicus dum in ipſa eccleſia divinis officiis perſonaliter interfuerit, percipiat, Decanum Cuſtodem Cantorem ac ſingulos Canonicos et beneficiatos vicarios nuncupatos, nec non pro medietate portionis quam recipit unus vicarius Magiſcola eidem eccleſie duntaxat preſentialiter et perſonaliter

in divinis deſervientes dividantur, nec non triginta florenos Renenſes inter Canonicos dicte eccleſie dum in Capitulo in actibus et tractatibus Capitularibus ejusdem eccleſie perſonaliter duntaxat interfuerint juxta ordinationem per ipſos Canonicos deſuper faciendam diſtribuantur, ex aliis autem omnibus dicte eccleſie fructibus redditibus et proventibus tres partes fiant, quarum unam Prepoſitus pro tempore pro dote Prepoſiture percipiat, relique vero due partes inter Decanum Cuſtodem Cantorem et Canonicos predictos non tamen computatis predictis ſiliginis ſpelte ſeu avene et vini fructibus Decanatui Cuſtodie et Cantorie ut prefertur applicatis pro equali portione ſingulorum eorundem dividantur et pro maſſa groſſa et dote canonicatuum et prebendarum exiſtant, Infeudatio vero vaſallorum et ſubditorum ejusdem eccleſie ac receptio juramentorum et fidelitatis et homagii nec non collacio et proviſio omnimodaque diſpoſitio parrochialium eccleſiarum et aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum omnium extra eandem eccleſiam exiſtentium que nunc ad Abbatem et Conventum

dicti

dicti monaſterii communiter vel diviſim pertinent ad Prepoſitum ſui et Capituli predicte erecte eccleſie nomine pro tempore exceptis in *Wolmsheim* et *Kneringen* dicte ſpirens. dioc: parochialibus eccleſiis paſtoriis nuncupatis que ad ſolum Capitulum, Canonicatuum vero et prebendarum ejusdem eccleſie ac duorum vicariorum ad Capitulum et duarum aliarum vicariarum ad quem libet ex Decano Cuſtode et Cantore predictis, Electio vero Prepoſiti Decani Cuſtodis et Cantoris ſimiliter ad eosdem Capitulum, et Prepoſiti ad eundem Archiepiſcopum pro tempore exiſtentem, Decani vero Cuſtodis et Cantoris predictorum Confirmationes hac prima vice duntaxat excepta ad eundem Prepoſitum, Deputatio vero Magiſcole et puerorum predictorum et illorum amotio ad eosdem Capitulum ad eorum nutum pertineant. Quodque ſicut in perſonas dicti monaſterii ordinarii jurisdictionem exercere conſueverunt, ita erecta eccleſia et illius perſone pro tempore exiſtentes eisdem ordinariis ſubſint et ſubeſſe cenſeantur prout eccleſia ſanctorum *Germani* et *Mauritii* civitatis ſpirenſis que inter

collegiatas eccleſias civitatis et dioceſis predictarum prima exiſtit eadem auctoritate ſtatuimus et Ordinamus. Preterea Prepoſito pro tempore et Capitulo ac ejusdem eccleſie ſingularibus perſonis predictis reſpective quod eisdem ſuperioritatibus et juribus nec non piſcationibus honoribus et preeminentiis juriumque capitalium nuncupatorum perceptione potiri et gaudere debeant quibus Abbas et Conventus ac monaſterium hujusmodi ante ſuppreſſionem predictam quomodolibet gaudebant et utebantur, eisdem quoque Prepoſito Decano Cuſtodi Cantori Capitulo Canonicis vicariis et perſonis quod omnibus et ſingulis privilegiis immunitatibus favoribus et indultis quibus alie collegiate eccleſie dicte Dioceſis et earundem eccleſiarum perſone de jure vel conſuetudine gaudent ſeu pociuntur et utuntur, uti potiri et gaudere, ipſique Prepoſitus Decanus Cuſtos et Cantor Canonici et vicarii predicti habitum ad inſtar aliarum perſonarum dictarum aliarum eccleſiarum deferre, nec non quod Capitulum prefatum ſtatuta ſalubria et honeſta ſacris tamen canonibus non contraria pro directione et decore

ac

Digitized by Google

ac manutentione prediƈte eccleſie et illius ſtatus nec non divini cultus incremento facere et ordinare et cum opus fuerit emendare alterare caſſare et illis addere libere et licite valeant eadem auƈtoritate concedimus periter et indulgemus ac ſingula privilegia et indulta quecunque dudum ante hujusmòdi ſuppreſſionem diƈto monaſterio et illins perſonis etiam quoad conſervatores deputatos conceſſa ad eandem ereƈtam eccleſiam et illius perſonas perinde acſi nominatim illis conceſſa fuiſſent, eisdem ſcientia et auƈtoritate extendimus et illis prout monaſterio Abbati et Conventui ac ejusdem monaſterii perſonis prediƈtis ſuffragabantur et ſuffragari poterant, ſuffragari volumus in omnibus et per omnia ac ſi illa ſpecialiter et ſpecifice diƈte eccleſie et eis omnibus et ſingularibus perſonis conceſſa forent, et ſi contingat quod bona infeudata ejusdem eccleſie ad eandem eccleſiam devolvantur, quod hujusmodi feudà nulli alteri conferantur neque aliquis de illis inveſtiatur, ſed quod pro una ad Prepoſitum et pro reliquis duabus partibus ſive porcionibns ad Decanum Cuſtodem Cantorem et Canonicos ejus-

 dem

dem eccleſie devoluta eſſe cenſeantur ita ut Prepoſitus Decanus Cuſtos et Cantor ac Canonici predicti fructus redditus et proventus inde provenientes pro rata ſua hinc inde percipere libere et licite poſſint et debeant eisdem auctoritate et ſcientia decernimus et declaramus, ſingulosque dicti monaſterii nunc vaſallos eidem eccleſie ſubicimus et inſuper tam *Euchario* Abbati et *Petro* ac *Ottoni* nec non *Johanni* prefatis ne ex hujusmodi monaſterii ſtatus mutatione detrimentum paciantur, quam ſingulis ex dictis filiis *Orioli de Gemmingen* et *Petro Queych* in decretis Licentiato *Henrico de Wingarten* nec non *Jacobo de Tierberg Gotfrido de Adletzheym* nec non *Burgkardo de Tierberg* et *Johanni Helt* ac *Johanni Hünler Wyperto Ulman* ac *Maderno Haſſe* et *Philippo piſtoris* nec non *Euſtachio Monich* clericis et presbiteris Moguntin. Argentinen. Herbipolen. Eyſteten. Wormatien. et Spiren. Civitatum et Dioces. reſpective ob religionis zelum nobilitatem generis litterarum ſcientiam vite et morum honeſtatem aliaque probitatis et virtutum merita, quibus ſinguli predicti reſpective apud nos fide digno com-

commendantur teſtimonio, horum intuitu ſpecialem gratiam facere volentes ipſosque et eorum quemlibet a quibuscunque excommunicationis ſuſpenſionis et interdicti aliisque eccleſiaſticis ſententiis cenſuris et penis a jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum preſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſolventes et abſolutos fore cenſentes, nec non omnia et ſingula beneficia eccleſiaſtica cum cura et ſine cura que eciam ex quibusvis diſpenſationibus apoſtolicis quomodolibet obtinent et expectent ac in quibus et ad que jus eis et eorum cuilibet quomodolibet competit quantumque quodcunque et qualiacunque ſint eorumque fructuum reddituum et proventuum veros valores annuos ac ejusmodi diſpenſationum tenores preſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes Prepoſituram ſancti *Michaelis Euchario*, Decanatum *Ottoni* nec non Cuſtodiam *Jacobo de Thierberg* Cantoriam vero *Petro Stock* et cuilibet eorum *Ottonis Jacobi de Thierberg* ac *Petri Stoch* unum ex predictis canonicatibus et unam ex prebendis, ſingulis vero ex *Johanne Graſſ-*

Graſſlag ac *Orioli* nec non *Petro Queych* et *Henrico* ſingulos Canonicatuum et prebendarum nec non ſingulis ex *Gotfrido*, *Burgkardo Joanne Helt*, *Wyperto Maderno Philippo* et *Euſtachio* predictis ſingula perpetua beneficia vicarias nuncupata ſic a primeva eorum erectione apud ſedem predictam vacancia et de quibus nullus preter nos hac vice diſponere potuerit ſive poſſit reſervatione et decreto obſiſtentibus ſupradictis quorumcunque omnium videlicet Prepoſiture Decanatus Cuſtodie Cantorie ac Canonicatuum et prebendarum nec non beneficiorum vicariarum nuncupatorum hujusmodi fructus redditus et proventus octingentorum florenorum Renenſium ſecundum communem extimationem valorem annuum ut etiam aſſeritur, non excedunt cum plenitudine juris Canonici ac omnibus juribus et pertinenciis ſuis eadem auctoritate apoſtolicà reſpective eisdem conferimus et de illis eciam providemus, et ne in eadem eccleſia perſone diverſi habitus ſocientur cum eisdem *Euchario* nuper Abbate quod Prepoſituram et *Ottone* quod Decanatum ac *Petro*

Petro Stock quod Cantoriam et Canonicatus et prebendas nec non *Johanne Graslag* quod canonicatum prebendam et predictos preſencium vigore recipere et in titulum quoad vixerit retinere et tam in choro et Capitulo ejusdem eccleſie ſancti *Michaelis* quam alibi excepto ſcapulari ſub habitu clericis ſecularibus convenienti ſervata tamen alias profeſſione regulari per eos emiſſa incedere libere et licite poſſint et valeant eadem ſcientia et auctoritate tenore preſencium de ſpecialis dono gratie concedimus pariter et cum eisdem ſuper hoc diſpenſamus, quocirca cupientes ut preſencium litterarum votivus ſuccedat effectus, Venerabili fratri Epiſcopo Wormatienſi et dilectis filiis ſancte Trinitatis Spiren. et ſancti *Steffani* Wyſſenburgenſis Spiren. Dioc. eccleſiarum Prepoſitis per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi vel duo aut unus eorum per ſe vel alium ſeu alios premiſſa omnia et ſingula ubi et quando expedire cognoverint fuerintque deſuper pro parte Prepoſiti Capituli Decani Cuſtodis Cantoris Canonicorum Vicariorum Magiſcole et puerorum ſeu alicujus eorum legitime requiſiti ſolemniter publica-

Digitized by Google

blicantes ipſisque in premiſſis omnibus efficacis defenſionis auxilio aſſiſtentes non permittant eosdem contra preſencium litterarum tenorem quomodolibet moleſtari ipſosque *Eucharium* Prepoſitum nuper Abbatem recepto prius ab eo noſtro et Romane Eccleſie nomine fidelitatis debito ſolito juramento juxta formam quam ſub bulla noſtra mittimus interclufam in Prepoſiture ac reliquos et ſingulos predictos in Decanatus Cuſtodie Cantorie Canonicatuum et prebendarum ac vicariarum eis reſpective collatarum juriumque et pertinentiarum predictorum omnium corporalem poſſeſſionem reſpective inducant auctoritate noſtra et defendant inductos amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem facientes *Ottonem* et *Jacobum* ac *Petrum Stock* nec non *Orielem* et *Petrum Queych* ac *Henricum* nec non *Johannem Graslag* ad prebendas hujusmodi in dicta eccleſia ſancti *Michaelis* in canonicos recipi et in fratres ſtallo eis et cuilibet ipſorum in choro et loco in Capitulo ipſius eccleſie ſancti *Michaelis* cum dicti juris canonici plenitudine aſſignatis et eosdem *Eucharium* ad Prepoſituram et *Ottonem* ad Decanatum

et

et *Jacobum* ad Cuſtodiam nec non *Petrum Stock* ad Cantoriam et reliquos quibus vicarias predictas contulimus ad illas ut eſt moris admitti eisdemque *Euchario* nuper Abbati de Prepoſiture et *Ottoni* de Decanatus ac *Jacobo* de Cuſtodie nec non *Petro Stock* et aliis quibus canonicatus et prebendas ac vicarias hujusmodi contulimus de illorum nec non Magiſcole et pueris predictis de eis aſſignatorum fructibus redditibus proventibus juribus et obventionibus univerſis integre reſponderi, contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtantibus conſtitutionibus et ordinationibus apoſtolicis ac monaſterii et ordinis predictorum juramento confirmatione apoſtolica vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis et conſuetudinibus contrariis quibuscunque, aut ſi venerabili fratri noſtro Epiſcopo ſpirenſi vel quibusvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, quodque de dignitatibus officiis canonicatibus et prebendis hujusmodi

vel

vel aliis beneficiis eccleſiaſticis ad eorum collationem proviſionem preſentationem electionem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri per litteras apoſtolicas non facientes plenam et expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem et qualibet alia dicte ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cujuscunque tenoris exiſtat per quam preſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus hujusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua quorumque toto tenore de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis ſeu ſi ſinguli predicti preſentes non fuerint ad preſtandum de obſervandis ſtatutis et conſuetudinibus dicte eccleſie ſancti *Michaelis* ſolita juramenta edenda per Capitulum dummodo in abſentia ſua per procuratores ydoneos et cum ad eccléſiam ipſam acceſſerint corporaliter illa preſtent. Volumus autem quod Prepoſitus pro tempore dicte Eccleſie ſancti *Michaelis* poſt electionem ſuam infra bimeſtre ab eadem electione computandum electionis hujusmodi confirmationem a prefato Archi-

Archiepiſcopo pro tempore exiſtente uti hactenus Abbates dicti monaſterii ſancti *Michaelis* de antiqua et pacifica obſervata conſuetudine recipere conſueverunt, recipere teneatur, alioquin lapſo dicto bimeſtri Prepoſitura ipſa vacare cenſeatur eo ipſo, et inſuper ex nunc prout eſt irritum decernimus et inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attemptatum forſan eſt hactenus vel impoſterum contigerit attemptari, et quia a nonnullis relatum eſt, quod predicti *Eucharius* Abbas *Petrus Stock Otto Gans* et *Johannes Graſſlag* monachi dicti monaſterii caſtrum ſive arcem *Landeck* nuncupatam ad ipſum monaſterium legitime pertinens cuidam potenti Domino alienaverunt ad effectum et ejus favore hujusmodi ſuppreſſio et erectio obtineretur, nos relatis hujusmodi alias fidem non adhibentes nec non volentes periculis dicti monaſterii obviare, executoribus predictis in preſentibus litteris deputatis committimus et mandamus, quatenus de hujusmodi relatis ſe informent et ſi per informationem hujusmodi eis conſtiterit, dictum caſtrum ſive arcem eidem

 poten-

potenti Domino temporali per *Eucharium* Abbatem ad effectum hujusmodi ſuppreſſionis et collegiate Eccleſie erectionis conceſſum eſſe a preſencium executione omnino deſiſtant. Sin autem hujusmodi caſtrum ſive arcem in feudum eidem Domino vel ante concedi conſueverit, conceſſerint, ex tunc ad preſencium et ſingulorum in eis contentorum executionem juxta eorum formam et tenorem procedant omnino et exequantur, quodque ſi absque informacione premiſſorum per eosdem executores proceſſum extiterit, id effectu carere volumus nulliusque eſſe roboris vel momenti, nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre ſuppreſſionis extinctionis erectionis creationis inſtitutionis decorationis applicationis approbationis aſſignationis ſtatuti ordinationis conceſſionis indulti extenſionis decreti declarationis ſubjectionis abſolutionis collationis proviſionis diſpenſationis mandati conſtitutionis commiſſionis et voluntatis infringere &c. ſi quis autem hoc attemptare &c. vel ei auſu temerario contraire preſumſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum *Petri* et *Pauli* apoſtolorum ejus ſe noverit

verit

verit incurſurum. Datum *Rome apud ſanctum Petrum* anno Incarnationis Dominice Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo, quarto decimo Kal. Decembris Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

N. Caſa nova.

XII.

*Litteræ unionis et in corporationis Eccleſiarum ſeu paſtoriarum Wolmsheim *) et Serfelingen nec non duarum capellaniarum intra ſepta Eccleſiæ collegiatæ in Clingenmönſter **).*

Univerſis et ſingulis Chriſti fidelibus preſentibus et futuris preſentes noſtras litteras inſpecturis viſuris lecturis pariter et audituris *Philippus de Roſenberg* Decretorum Doctor Canonicus Maioris nec non prepoſitus ſanctorum *Germani* et *Mauricii* Spirenſis Eccleſiarum Reverendique in Chriſto patris et Domini Domini *Ludovici* Epiſcopi Spirenſis in Spiritualibus vicarius gene-

e 2 nera-

*) De *Wolmsheim vid. Subſid. Dipl. Tom. X. pag.* 296.

**) *Vid. Subſid. Dipl. l. c.* ubi etiam de *Clingenmünſter pag.* 294 et 295.

neralis ad infra ſcripta ab eodem domino noſtro vive vocis oraculo ſpecialiter deputatus ſalutem in Domino ſempiternam et preſentibus fidem indubiam adhibere. Ex officii noſtri debito ad ea libenter Intendimus quibus Eccleſiarum ſignanter collegiatarum inibique Altiſſimo die noctuque pſallentium et divina perſolventium perſonarum utilitas procuratur ſive per que Eccleſie et perſone ipſe proſperos complectantur ſucceſſus et apcioribus proficiant incrementis, illis namque propterea proceſſiſſe noſcuntur ut illibata perſiſtant cum a nobis petitur partes noſtras acuracius impendere ſatagimus potiſſime cum temporis requirit neceſſitas et cauſe perſuadent rationabiles. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte venerabilium et honorabilium virorum dominorum prepoſiti Decani et Capituli Eccleſie collegiate ſancti *Michaelis* in *Clyngenmonſter* ſpirenſis dioceſis noviter tranſlate ex eo quod pro tunc abbas et Conventus Eccleſie ſ. *Michaelis* in *Clyngenmonſter* ordinis ſancti *Benedicti* extiterant petitio continebat quod licet jus patronatus Eccleſiarum parochialium in *Yngenheym Wolmsheym*

heym Ingelheym et *Fiſchlingen* ejusdem dioceſis una cum omnibus et ſingulis ipſorum fructibus redditibus emolumentis honoribus et oneribus dudum per quondam nobilem virum *Fridericum* dominum in *Ochſenſteyn* ut et tanquam verum patronum et collatorem earundem parrochialium Eccleſiarum ſponte et ex ipſius certa ſcientia ac animo bene deliberato ob ſui progenitorum et heredum ſuorum animarum ſalutem in finem et effectum ut earundem Eccleſiarum fructus redditus et proventus dicti tunc monaſterii *Clyngenmonſter* menſe unirentur donacione inter vivos et alias certis modo et forma in quadam donacionis litera dicti quondam *Friderici* domini in *Ochſenſteyn* ſigillo impendente roborata nobis exhibita atque oſtenſa lacius expreſſis, eisdem venerabilibus honorabilibusque dominis prepoſito Decano et Capitulo in *Clyngenmonſter* perpetuis futuris temporibus juſto donationis tytulo mera liberalitate rite et legitime donaverit dederit reaſſignaverit Ipſique tunc Abbas et Conventus hujusmodi Eccleſias una cum omnibus et ſingulis earum fructibus redditibus proventibus et emolumentis

 menſe

menſe eorum tam apoſtolica quam ordinaria auctoritatibus incorporari et uniri obtinuerint Litteris apoſtolicis et ordinariis in forma ſolita deſuper expeditis, incorporaciones tamen et uniones hujusmodi duntaxat in *Yngenheim* et *Yngeſſheym* ſortite fuerint et ſunt effectum, cum autem ſicut eadem peticio ſubjungebat dicta Eccleſia in *Clyngenmonſter* de monaſterio ordinis ſancti *Benedicti* in collegiatam Eccleſiam ut premittitur erecta et translata pluribus et magnis debitis grauata et inuoluta dinoſcatur ipſique domini prepoſitus Decanus et Capitulum diverſa ejusdem nove Eccleſie collegiate edificia que non mediocri reformacione ſeu reſtauracione indigent neceſſario reedificare reformare et reſtaurare nec non Calices libros alia quoque ornamenta eccleſiaſtica diverſa pro decentia collegialis ſtatus et ut hore ſeptem Canonice ac divina officia pro Dei Laude et prepoſiti devocione convenientius in dicta Eccleſia collegiata perſolvi poſſint neceſſario diſponere comparare et ordinare habeant ſit quoque verum quod pro conſervatione edificiorum Eccleſie ac ornamentorum predictorum Domini exponen-

ponentes annuis redditibus et collegialis ſtatus nove erecte Eccleſie perpetuo perſiſtere et manuteneri valeat plurimum indigent In quibus et ad premiſſa faciendum deficere timent prout in preſenciarum deficiunt niſi oportuno remedio ipſis ſuccurratur Idcirco pro parte eorundem dominorum prepoſiti Decani et Capituli fuit nobis humiliter ſupplicatum ut prefatam Eccleſiam in *Wolmsheym* denuo nec non paſtoriam In *Serſelingen* que cura mortua eſſe dicitur ac beneficia glorioſiſſime virginis *Marie* et ſancti *Wendalini* in Capella virginis glorioſe, nec non ſancte *Catherine* in dicta eccleſia collegiata altarium inter dicte eccleſie collegiate ſepta conſiſtencium eorumque fructus redditus et proventus de proviſione collatione et preſentatione dictorum dominorum exponencium exiſtencia fabrice dicte Eccleſie et ornatui ejusdem perpetue unire annectere et incorporare aliasque in premiſſis oportune providere dignaremur. Nos igitur *Philippus de Roſenberg* Doctor et vicarius ſupradictus hujusmodi ſupplicationibus inclinati matura deſuper deliberacione prehabita atque ſummaria de et ſuper omnibus et

 ſingu-

ſingulis premiſſis informacione recepta ſupradictas parochiales Eccleſias ſeu paſtorias in *Wolmsheym* et *Serfelingen* atque glorioſiſſime virginis *Marie* ſancte *Catherine* et ſancti *Wendalini* altarium beneficia una cum omnibus et ſingulis ipſorum fructibus redditibus proventibus juribus obventionibus et emolumentis univerſis de et ex venerabilis et egregii viri Domini *Georgii de Gemyngen* utriusque juris Doctoris prepoſiti dicte Eccleſie Spirenſis ſive archidiaconi in cujus archidiaconatu Eccieſie ſeu beneficia ſupradicta ſituata ſunt conſenſu aſſenſu pariter et voluntate expreſſis, ex certa noſtra ſcientia animoque bene deliberato fabrice et ornatui ſepe dicte Eccleſie in *Clyngenmonſter* perpetuo auctoritate ordinaria nobis in hac parte ſpecialiter ut premittitur commiſſa incorporandum uniendum et annectendum duximus ac incorporamus unimus annectimus, tytulos Eccleſiarum et beneficiorum hujusmodi penitus extinguentes cum verborum et geſtuum ſolempnitatibus debitis et conſuetis ſic et taliter abscedentibus vel decedentibus modernis hujusmodi Eccleſiarum et beneficiorum poſſeſſoribus liceat memora-

tis

tis dominis Prepoſito Decano et Capitulo ſeu ipſorum ſucceſſoribus dictas parochiales Eccleſias ſeu paſtorias atque beneficia ſupradicta nec non fructus redditus proventus et emolumenta eorundem ut et tanquam ad ipſorum exponentium fabricam et ornatum proprietario jure ſpectantes et ſpectantia nec non pro ſolucione reſtauracione et comparacione premiſſorum auctoritate propria nullius deſuper conſenſu requiſito apprehendere poſſidere regere recipere ſublevare et in dictorum fabrice et ornatus uſus et non alios convertere diſtribuere et erogare ita tamen quod iidem domini Prepoſitus Decanus et Capitulum pro tempore exiſtentes ad regimen dictarum Eccleſiarum plebanos abiles et ydoneos pro vicariis earundem inſtituendos qui eisdem eccleſiis et prepoſito earundem preeſſe et prodeſſe valeant tociens quociens eas vacare contigerit ſupradicto domino Archidiacono loci pro tempore exiſtenti preſentent honeſta competentia ſive congrua portione de hujusmodi Eccleſiarum fructibus et proventibus per ſupradictum dominum noſtrum Epiſcopum et ſuos ſucceſſores aut ipſorum vi-

 carios

carios pro tempore exiſtentes tociens quociens opus fuerit moderanda et taxanda eisdem vicariis primitus reſervata de qua commode ſuſtentari papalia Epiſcopalia archidyaconalia ſynodalia et alia jura quibus per hanc noſtram incorporacionem in aliquo derogari nolumus, perſolvere, hoſpitalitatem honeſtam tenere et alia Incumbentia onera ſupportare valeant, volumus etiam quod ſepedicti domini prepoſitus Decanus et Capitulum ipſorumque ſucceſſores in et ſuper altaribus ſupra ſpecificatis miſſas et alia divina officia juxta ipſorum inſtitutiones quibus in hac parte ſimiliter derogari nolumus per presbyteros abiles et ydoneos celebrari faciant ſive diſponant ipſorum exponencium conſcientias in hac parte onerantes. In quorum teſtimonium ſigillum officii noſtri preſentibus eſt appenſum Datum et actum *Spire* die ſabbathi poſt dominicam Invocavit Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto.

Conſenſus Domini Prepoſiti ſtilo ordinario eſt ſubjunctus.

Abba-

Digitized by Google

Abbates Clingenſis Monaſterii e variis documentis Collecti.

ADELBERTUS.

Anno DCCCCLXXXV. *Adelbertus* monachus Cœnobii Hirsaugienſis petitione *Balderici* Spirenſis Epiſcopi Abbas ad monaſterium datur, quod *Clingen* dicitur, parum diſtans ab Oppido *Landaugia*, quod multis annis in omni providentia et religione ſtrenue gubernavit. Vir per omnia magnificus, doctrina ſcripturarum ſimul et vitæ merito illuſtris et ob id per totum *Germaniæ* regnum famæ celebritate nominatiſſimus, qui utinam monaſterio ſuo Hirsaugienſi fuiſſet prælatus, nunquam ad tantam ruinæ deſolationem perveniſſet, in quam ſuo tempore miſerabiliter corruit. *Trithemius Chron. Hirsaug. T. I. p.* 128.

SIGEFRIDUS.

An. MCIX. *Brunonis* Abbatis Hirsaugienſis quarto *Sigefridus* Abbas cum quibusdam fratribus in obſervantia regularis vitæ optime inſtitutis ex *Hirsaugia* ad monaſterium *Klingenmünſter* miſſus eſt, qui locum in utroque ſtatu

tu reformaverunt. *Trithem loc. cit,* p. 277.

STEPHANUS.

Ortolibo Abbati *Uterinæ Vallis* ejusque ſucceſſoribus An. MCLXXVI. *Stephanus* Clingenſium Abbas dedit litteras ſuper duobus manſis in *Suebechenheim*, de quibus ſingulis annis in feſto ſancti *Michaelis* perſolvendi ſunt quatuor denarii. *Nova ſubſidia Diplom. Tom. XII.* p. 100. *Vid. Supra n. V.*

B. . . .

Clingenſis Abbas tranſigit ſuper bonis quibusdam cum *Henrico de Meiſterſelen* An. MCCVI. Teſtes: *Volmarus* Advocatus, *Eberhardus* miles de *Bochingen*, *Meingotus* de *Schibenhart*. *E Schannati annotatorum fragmentis.*

JOHANNES.

An. MCCXXVI. VI. Idus Martii cenſum quatuor Unciarum de manſo in *Mutterſtatt* Eccleſiæ Spirenſi vendit. Subſidia Diplomatica. *Tom. V.* p. 273.

CONRADUS.

Ah hoc Abbate *Conradus de Than* An. MCCXXXIV. jus patronatus in *Offen-*

Digitized by Google

Offenbach acquiſivit et Univerſos reditus inde provenientes Canonicis Majoris Eccleſiæ ſpirenſis largitus eſt. *Nova Subſ. Dipl. T. I. p.* 147. *Subſid. Dipl. T. V.* p. 280. An. MCCXXXVIII. *Henricus de Kropheſberck* Imperialis aulæ miniſterialis et uxor ejus *Juditha* bona ſua in *Münſter* ſita donant Eccleſiæ ſ. *Michaelis* in *Clinga* ſub *C.* Clingenſium Abbate. Teſteſ. *Conradus* miles de *Clingen*, *Henricus* miles de *Ingenheim*, *Anſelmus* Advocatus et alii Caſtellani de *Lantdecke*. *Ex archiv. Adminiſtr. Heidelberg. Schannatus.*

HERTWICUS.

An. MCCLIV. dedit litteras ſuper dimidia urna olei in *Geckelingen* ad Infirmariam monachorum *Uterinæ Vallis*. Et eodem anno *Cunradus Duthehane* in Clingenſi monaſterio reſidens bona ſua in *Geckelingen* Conventui *Uterinæ Vallis* vendidit ſub reſervatione dimidiæ urnæ olei ad infirmariam monaſterii *Euſſerthal* quot annis præſtandæ. *Nova ſubſ. Dipl. Tom. XII.* p. 165. *et* 166.

H. . . *

H. . . *

Forſan præcedens *Hertwicus*, qui teſtatur quarto idus Februarii MCCLVI. ſuper cenſu dimidii Centenarii olei ſingulis annis ad lumen ante imaginem B, M. V. *in Gradibus* ſummæ ædis ſpirenſis poſitam perpetuo ardens præſtando. *Subſid. Dipl. Tom. V.* p. 306. An. MCCLXVIII. ab *Hertwico* Abbate Clingenſi datæ ſunt litteræ ſuper duobus urceis vini et una urna olei pro infirmaria *Uterinæ Vallis*. *Nova ſubſ. Dipl. T. XII.* p. 199. Au. MCCLXXI. feria quinta poſt Dominicam *Quaſi modo* Controverſia inter Abbates *Hertwicum* Clingenſem et illum de *Wadegotia* ſuper octo unciis denariorum ab Eccleſia in *Bockenheim* annue ſolvendorum finita eſt. N. VI.

Anno MCCLXX. quarto, menſe julio ab *Hertwico* Abbate ſuper quatuordecim talentis olei ad infirmariam monaſterii *Uterinæ Vallis* datæ ſunt litteræ. *Nova ſubſ. Dipl. Tom. XII.* p. 209.

ANDREAS.

Abbas in *Clingen* tranſigit cum *Henrico* milite de *Bannacker* An. MCCLXXXVIII.

Ego

Ego *Frithſo* et *Juntha de Horbach* conjugales notum facimus, quod nos ſana mente non coacti profitemur, donationem nos feciſſe inter vivos pro animarum noſtrarum remedio et ſalute viris religioſis Abbati et Conventni Clingenſis monaſterii ord. ſ. *Benedicti* omnium bonorum noſtrorum tam mobilium quam immobilium in villa *Horbach* et alibi ſitorum &c. Datum Anno MCCXCIIII. *ex archiv. Heidelberg.*

HENRICUS.

An. MCCCX. dedit litteras ſuper una urna olei ad infirmariam monachorum *Uterinæ Vallis* et An. MCCCXIII. ad pitanciam monaſterio mox dicto. *Nova ſubſid. Dipl. T. XII.* p. 290 et 293.

EBERHARDUS.

In contractu cum *Anſelmo de Drachenfels* inito ejusque fratribus *Rudolfo* Decano in *Sels* et *Ottone* monacho ibidem An. MCCCLVI. Teſtes: *Henricus de Otterbach*, *Gozo de Mulhoven*, *Rudolfus de Mulhoven* Equites. *Ex archiv. Heidelberg. Schannat.*

HEIM-

Digitized by Google

HEILMANNUS.

Dictus *Snydelauch* nominatur in litteris *Adolffi* Archiepiſcopi Moguntini confirmationis *Rudolffi* Abbatis Clingenſis electi, Datis *Eltvil* in Vigilia Paſche anno MCCCLXXVII. n. VII.

RUDOLFUS

de Bergen. Lege confirmationem modo dictam. An. MCCCLXXXIII. conſenſit, quod Domini de *Ochſenſtein* villam *Offenbach Dithero* Camerario et *Conrado Landſchad* oppignorare valeant. *de Gud. Tom. V.* p. 709. An. MCCCXC. *Rudolphus* Dominus de *Ochſenſtein* cum conſenſu *Rudolphi* Abbatis Clingenſis Domini directi oppignorat villas *Wolmesheim*, *Inſisheim*, *Bornheim* et ſuperiorem *Hohenſtatt Conrado Lantſchade et Johanni de Winſtein. loc. cit. pag.* 727.

BERNARDUS.

Schilling de Surburg. An. MCCCC, XLII. *Fridericus* Epiſcopns Wormatienſis et *Bernardus* Dei Gratia Abbas in *Clingenmünſter* deputati ſunt, ut monaſterio Selſenſi per negligentiam Abbatis ſui *Groets* opem et Conſilium adferant. *Ex Archiv. Heidelbergenſi.* An. MCCCCLII.

MCCCCLII. Die quarta Aprilis *Theodericus* Archi-Epiſcopus Moguntinus mandat Abbati et Conventui Clingenſi --- quatenus ad Cor et juſticie ac veritatis ſemitas redeuntes vota Domino oblata et vitam regularem juxta normam Ordinacionis et ſtatuta ordinis, quem profeſſi eſtis, infra ſpatium trium menſium a die datarum preſencium computatorum effectualiter obſervare, mores reformare et actus veſtros in melius emendare incipiatis atque incepta fideliter continuare ſtudeatis, ut ſic de tenebris in lucem prodeundo exuta periculoſa priſtina vetuſtate in ſanctitate veritatis et juſticie renovari atque eterne retribucionis gloria ineffabili mereamur, alioquin ſi ejusmodi mandatis cum effectu non parueritis, deſides et inobedientes digna emendatione caſtigabimus, penis et cenſuris adverſus eosdem ſeverius proceſſuri &c. n. VIII. An. MCCCCLVIII. *Bernardus* Abbatiale munus depoſuit et electus eſt.

ERPFFÖ

Brack de Clingen, quem *Theodericus* A. Mog. eodem anno confirmavit n. IX. et prædeceſſorem *Bernardum*

Digitized by Google

in Coadjutorem ad dies vitæ denominavit. n. X.

EUCHARIUS

de Weingarten Ultimus Abbas An. MCCCCXC Eccleſiam Regularem fieri Collegiatam Conſenſit, factus ejusdem Præpoſitus; quam translationem in extenſo refert. n. XI.

An. MCCCCXCIV. novo Capitulo incorporatæ ſunt paſtoriæ *Wolmsheim* et *Serfelingen* una cum duabus Capellaniis intra ſepta Eccleſiæ collegiatæ in *Clingenmonſter*. n. XII.

RUPERTUS

Comes Palatinus Rheni. An. MCCCC, XCIV. quarta Octobris *Bertholdus* Archiep. Mog. litteris Mechliniæ datis confirmavit poſtulationem Præpoſiti Eccleſiæ collegiatæ ſancti *Michaelis Clingen Monaſterii* in perſonam Generoſi Principis Domini *Roberti* Comitis Palatini Rheni Ducis Bavariæ factam. Hanc dignitatem dimiſit ad Cathedram Epiſcopalem Ratisbonenſem evectus.

JOANNES

Comes Palatinus Rheni *Philippi* Electoris filius Junior *Roberto* ſucceſſit An.

An. MDVII. ad regimen Epiſcopatus Ratisbonenſis etiam vocatus.

Hanc Abbatiam in Collegium ſeculare converſam cum variis adhuc aliis An. MDLXV. extinxit Elector Palatinus *Fridericus* III. *Joannis* II. Ducis Simmenſis et Comitis Spanheimenſis filius.

SALETIO a).

SALISO b), SELSI c), SELZA, SELTZ.

MONASTERIUM.

ORDINIS S. BENEDICTI d) AD MATRAM e).

a) *Saliſa*, *ſalza*, rivus vulgo *Seltzbach Alſatiæ* limes *), e *Voſago* Scaturiens *Saletioni* oppido nomen indidit. Sub Moguntiacenſi Duce conſtitutus ibi Præfectus Militum Pacenſium, quorum Legio ex XXXII. Comitatenſibus una cenſebatur. In libro Notitiarum Imperii Occidentalis, in Itinerario *Antonini* et Tabula Theodoſiana *Saletione* legitur.

*) Legi promeretur *Critiſche Unterſuchung der mitternächtlichen Elſaſser Gränze. Franckenthal 1791. in 8.*

b) *Ammianus Marcellinus* lib. XVI. Cap. II. res geſtas ſub *Juliano* ad *Rhenum* deſcribenſait: Audiens itaque (*Julianus*) *Argentoratum*, *Brocomagum*, *Tabernas*, *Saliſonem*, *Nemetas* et *Vangiones* et *Mogontiacum* Civitates Barbaros poſſidentes, territoria earum habitare (nam ipſa oppida, ut circumdata retiis buſta declinant)

nant) primam omnium *Brocomagum* occupavit.

c) *Selſi* vocatur in bulla *Joannis* XVI. PP. de qua paulo infra ad An. DCCCCXCVI.

d) *Froprium Adelheidis Ottonis* Magni Conjugis dicebatur tractus bileucæ ſecundum *Rhenum* in longum, uniusque leucæ in latum præcipue *Selſam* oppidum cum omni ejus territorio, jurisdictione, decimis &c. complectens. Ad hoc Proprium *Adelheidis* quatuordecim loca ſpectabant, cis Rhenum novem, quinque trans Rhenum, duo delevit Rhenus. Cis Rhenum fuere *Selſa* oppidum, *Keſſelbach*, *Nieder-Roedern*, *Crepern* ſeu *Kreitweiler*, *Eberbach* ſeu *Neudorff*, *Oberlauterbach*, *Wintzenbach*, *Munchhauſen*, *Schaffhauſen et Neu-Beinheim.* Trans Rhenum autem: *Blittersdorff*, *Ottersdorff*, *Wintersdorff*, *Thumhauſen* et *Muffenheim.* Hunc omnem tractum *Otto* M. Imperator uxori ſuæ, hæc vero futuræ Selſenſi Abbatiæ donarunt Anno DCCCCLXVIII. *Schöpfflin Alſat. Illuſtrata T. II. p.* 180. ubi *Freherum* citat, qui tamen lib. II. C. XVI. loca enumerata non profert. Monaſterium *Salſi Adalhaidis* in honore Apoſtolorum *Petri* et *Pauli* a fundamentis extruxit.

e) *Matra* rivus ad quem *Selſa* oppidum eſt ſitum. In Diplomate *Ottonis* III. Regis dd. IV. Januarii An. 993. notum facit Rex, qualiter Avia ſua *Adalheidis* monaſterium in *Alſatia* in loco ſuæ proprietatis, qui dicitur *Selſa* juxta flumen quod vocatur *Matra* in Comitatu *Eberhardi* Comitis conſtructum omnibus temporibus

poribus Apoſtolicæ tantum libertati et Imperiali Majeſtati ad defendendum ſubjecerit, liceret quoque ipſius monaſterii monachos juxta regulam ſancti *Benedicti* militantes Abbate mortuo de ſuorum Collegio talem paſtorem ſibi præficere, qualem in ſua regula idem pater *Benedictus* deſcribit. *Nova Subſid. Dipl. Tom. V. p.* 349. In Bulla *Joannis* XVI. PP. *Selſi* juxta flumen, quod vocatur *Matra* itidem reperies. *l. c. p.* 374. Non oportet autem amnem noſtrum *Matram* confundere cum illo, qui poſt XII. leucarum decurſum, Rhenum quoque intrat, unius leucæ diſtantia ab Oſtio *Sornæ* infra *Druſenhemium*, vulgo die *Mother*.

Quasdam Chartas Selſenſes, quæ hujus monaſterii valde inſignis, tandem Principalis initia elucidant, quoad argumenta ſaltem hic adponimus.

An. DCCCCLXVIII. XVI. Kalend. Decembris *Otto* Imperator Conjugi *Adelheide* in proprium donavit Curtes Regias ita nuncupatas, *Hohfeldon* et *Sarameresheim*, *Suehhuſium* et *Marinzawiler* atque *Saliſe* ſitas in *Eliſatium* in Comitatu *Hugonis* Comitis cum Eccleſiis, curtibus, ædificiis, mancipiis, terris cultis et incultis, agris, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, vineis, venationibus, aquis, aquarumque decurſi-

 bus,

bus, piſcationibus, molendinis, molendinorumque locis, exitibus, reditibus, queſitis et inquirendis, mobilibus et immobilibus omnibusque pertinentiis, ut jure hereditario habeat, teneat, firmiterque poſſideat, habeatque poteſtatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi, quidquid ei exinde placuerit faciendi &c. Data eſt hæc charta in civitate *Aterno* ad flumen ejusdem nominis in Regno Neapolitano. *Freheri Orig. Palat. part.* 2. *C. XVI.*

An. DCCCCXCII. V. Idus Martii *Otto* III. Rex prædium *Semersheim*, ubi *Manegoldus* Comes Monaſterium Conſtruere voluerat, Selſenſi concedit Abbatiæ litteris *Poparto* (*Bochpardon*, *Botobriga* vulgo *Boppart ad Rhenum*) confectis. *Nova Subſid. Diplom. T. V.* p. 343.

Eodem Anno XI. Martii Idem *Otto* largitus eſt Abbatiæ Selſenſi prædium *Steinweiler* in *Spirigovia* ſitum *l. c.* p. 347.

Idem Rex eodem Anno XXIX. Decembris dictæ Abbatiæ prædium *Alsheim* in pago Wormatienſi ſitum tradidit. Actum *Polide* (*Pölde*, *Palithi*

in

in *Hercinia* haud procul a *Walckenried*) in Palatio Regio. *loc. cit. p.* 347.

Eodem Anno, die, et loco idem Rex Salſenſi cœnobio donavit prædia *Biburc* (*Biberich* ad *Rhenum*) et *Moſkebach* (*Moſſbach* haud procul inde) in pago *Cunigiſſunderon l. c. p.* 349.

Secundo nonas Januarii DCCCCXCII. Idem *Otto III.* Rex monaſterii Selſenſis bona et privilegia confirmavit *Polide. loc. cit. p.* 349.

An. DCCCCXCIII. VI. nonas Julii *Otto* III. Rex Selſenſi Abbatiæ jus Telonei, inſtituendi mercatus liberi ac monetæ faciendæ *Merſeburgi* conceſſit. In hac charta circa monetam ordinatur: Ut ſuperſcriptione utriusque monetæ, Argentinenſis et ſpirenſis ſit præfigurata, eo quod ipſe locus (*Seltz*) in marca antiquitus conſtitutus pervius ſit cunctis ſurſum et deorſum euntibus, ibique moneta et mercatus neceſſaria ſint multitudini populorum undique illuc confluentium. *loc. cit. pag.* 356.

Eodem Anno VI. Kal. Septembris Idem *Otto* Selſenſi monaſterio tradidit ſeptem manſos in villa *Nerſtein. l. c. p.* 359.

Digitized by Google

Eod. Anno dictum ſœpe monaſterium ab *Ottone* dono accepit prædia *Oterbach* Itemque *Oterbach*, *Turrenbach* in pago *Spirichowe*. *Cl. Lamey in deſcriptione pagi Spirenſis. Tom. III. Act. Academ. Palat.* pag. 249.

Anno DCCCCXCV. VII. Kal. Januarii *Otto* III. Rex duas Eccleſias in *Lupfſtein* et *Schweighauſen*, tres Capellas in *Morſchweiler*, *Wiwersheim* et *Reichshofen* atque tres ſylvas et duo molendina in fluvio *Sorna* concedit Abbatiæ *Salſi* nominatæ. *Nova Subſ. Dipl. Tom. V.* p. 372.

Arno DCCCCXCVI. II. non. Aprilis *Joannes* XVI. PP. Privilegia Abbatiæ Selſenſis ſpeciali bulla *Sutrix* data confirmavit. *Nova Subſ. Dipl. T. V.* p. 373.

An. MLI. Idibus Martii *Henricus* III. Imp. decimam in *Mundevelt* aliisque villis illuc pertinentibus in pago *Spirichgouue* in Comitatu *Hugonis* Comitis cum propria ſua eccleſia in villa *Sueninheim* de Spirenſi Epiſcopatu juſto concambio redemptam, monaſterio ſalſenſi tradidit *Spiræ*. *Lamey loc. cit. pag.* 249.

An.

An. 1299. tertio nonas Aprilis *Henricus* ſpirenſis Præpoſitus duas curias in *Steinweiler* et *Caule* Abbatiæ Selſenſi vendidit. *Acta Acad. Palat. Tom II. pag.* 42.

Abbatiæ Selſenſis Advocati antiquiſſimi erant Marchiones (Marggravii) Badenſes. n. XIII XIV.

Ex bonis illius trans *Rhenum* multa obtinuerunt *Fleckenſteinii* Badenſium ſucceſſores, quinque cis Rhenum vicos in feudum habuerunt. Palatinus Elector Advocatiam quoque poſtremum adeptus, quæ reſtabant, cum ipſa Abbatia ſeu collegiata, in quam Anno MCCCCLXXX. converſa eſt, Anno MDLX. ſibi vindicavit, poſtquam Selſenſi Oppido privilegiis Cæſarum inter liberas et imperiales Alſatiæ Civitates relato, pignoratitio jure fuiſſet pridem potitus. Ita Selſenſis ille Principatus diſcerptus et nobilior ejus pars Germersheimenſi Electoris Palatini Præfecturæ adjecta eſt. Anno MDLXXV. *Fridericus* III. Elector Academiam equeſtrem, in qua ad ſexaginta usque nobiles alerentur, *Selſæ* inſtituit, Selſenſis atque Hertenſis Præpoſiturarum rediti-

 bus

bus ei adſcriptis. Cum autem *Ludovicus* Elector *Friderici* ſucceſſor, Auguſtanæ confeſſionis doctrinam induceret, neque Selſenſis Academia illam admitteret, ſchola hæc abrogata cum aliis, nec deinceps unquam reſtituta eſt. *Schöpfflin l. c.* p. 180. *ſqq*.

Addimus quosdam Selſenſis monaſterii Abbates. Hi ſunt.

EZZEMANNUS.

Adelhaidis Auguſta Selſenſi monaſterio a ſe condito præfecit Abbatem nomine *Ezzemannum* boni teſtimonii virum, humana ſcientia et divina Sapientia doctum, quem in Divinis litteris habere voluit aſſidue praeceptorem. ita Auctor vitae ſ. *Adalheidis* Imperatricis apud *Caniſium* Lect. Antiqu. *Tom. III.* p. 77. Extat Epiſtola *Gerberti* Rhemenſis Archiepiſcopi ad *Ecemanum* Abbatem Selſenſem et Palatinum monachum. *Nova Subſ. Dipl. T. V.* p. 361. *Gerbertus* modo nominatus *Arnulfo* Remenſi Archiepiſcopo in ſynodo habita apud *ſ. Baſolum* prope *Remos* An. DCCCCXCI. depoſito ſuffectus eſt, qui et ipſe An. DCCCCXCVII. Archiepiſcopatu privatus *Ottonem* Imperatorem

adiit,

Digitized by Google

adiit, cujus favore Pontificatum Anno ſequente obtinuit dictus *Sylveſter* II. primus inter Gallos Papa An. DCCCC, XCVIII. Kal. Novembris, ſedit in Pontificatu Annos IV. menſes VI. dies XIII. Obiit IV. idus Magi An. MIII. ſepultus *Laterani*. Memoratur adhuc *Ezemannus* Abbas in Charta *Henrici* II. Imp. An. MII.

LIBO.

In bulla *Clementis* III. Antipapæ *Liboni* Abbati Salſenſi data VI. Idus Junii anno Pontificatus quarto id eſt An. MLXXXIV. *Winzenbach* memoratur poſt *Salſam* ante *Rotheren*. *Acta Acad. Palatina Tom. III.* p. 251. *Clemens* autem ſuprafatus Parmenſis, *Gilbertus de Corrigia* antea vocatus Archiepiſcopus Ravennas ab *Alexandro* II. factus ſedem Pontificiam occupavit contra *Gregorium* VII. *Victorem* III. *Urbanum* II. et *Paſchalem* II. ſedit Annos XXI. dies aliquot. Obiit *Romæ* in arce ſ. Angeli poſt Kal. Septembris MCI. Sepultus *Ravennæ*. *Bullar. Magn. Tom. I.* p. 26.

OTTO.

An. MCXXXVIII. *Regenhardus* et *Fridericus* nobiles de *Caſtineto* fratribus Eccleſiæ Argentinenſis concedunt bona in *Rauenthal* et *Scherweiler* Abbatiæ Hugshovienſi dein tradenda. *Nova Subſ. Dipl. Tom. VII.* p. 104. *Ottonem* Abbatem Selſenſem inter teſtes referunt.

WALTERUS.

An. MCXLIV. V. Idus Julii *Cunradus* III. Rex Rom. confirmat privilegia et bona Hoſpitalis Pauperum Civitatis Argentinenſis. Teſtis adhibitus eſt *Waltherus* Salſenſis Abbas. *Nov. Subſ. Dipl. Tom. IX.* p. 347. *ſq.* Idem Abbas *Udalrico* Neoburgenſi et ejus Abbatiæ decimam prædii in *Laubach* Conceſſit An. MCLI. *Nov. Subſid. Dipl. T. VII.* p. 151. jam præceſſit *Waltherus* Abbas Selſenſis; noſter enim in Charta Abbatis mox ſequentis nominatur *Waltherus* hujus nominis ſecundus.

REGINOLDUS.

Is An. MCLXIII. VIII. Kal. Octobris allodium quoddam in *Eberbach Agneti* Abbatiſſæ Regiopontanæ et ejus Abbatiæ

tiæ in emphyteuſin conceſſit. Et Anno eodem in diplomate *Friderici* I. Imp. Abbatiam Maurimonaſterienſem cum poſſeſſionibus in ſuam recipientis protectionem *Reginoldus* Abbas Selſenſis inter teſtes legitur. *Nova Subſ. Dipl. Tom IX.* p. 392. 393.

HELNWICUS.

In charta *Hermanni* Marchionis Veronenſis ſub n. XIII. et in alia ipſius Abbatis de An. MCXCVII. II. Idus Aprilis occurrit. n. XIV.

CUNRADUS.

An. MCC. *Cunradus* Spirenſis Epiſcopus Abbas de *Selſe* legitur teſtis in *Philippi* Regis Rom. privilegio monaſterio Hertenſi III. Kal. Martii conceſſo. *Acta Acad. Palat. Tom. II.* p. 76. Munus Abbatiale depoſuit.

HENRICUS.

Ceſſio Allodii in *Lienenhauſen* An. MCCVIII. facta hunc Abbatem refert. *Nov. Subſ, Dipl. Tom. X. pag.* 239.

WALTERUS III.

An. MCCXIIII. data eſt charta *Walteri* Abbatis Selſenſis circa Compoſitionem

nem initam inter *Alberonem* Abbatem *Novi Caſtri* et *Eberhardum* circa decimas in *Laubach*. *Nova Subſ. Dipl. Tom. X. pag.* 278.

G . . . .

Dei gratia Abbas Salſenſis in litteris Empcionis quorundam bonorum in *Merlheim* ſcribitur An. MCCXLIII. *Nova Subſ. Dipl. Tom. XII.* p. 152.

N. GROETS.

Anno MCCCCXLII. *Fridericus* Epiſcopus Wormatienſis et *Bernardus* Dei gratia Abbas in *Clingenmünſter* deputati ſunt, ut monaſterio Selſenſi per negligentiam Abbatis *Groets* multum deſolato, collapſo, et ad ruinam vergenti opem ferrent et Conſilium.

XIII.

De Advocatia Selſenſis Monaſterii.

Hermannus Dei Gratia Marchio Veronenſis *) univerſis Xpi fidelibus tam poſteris quam preſentibus perpetuam Salutem. Innotescat ergo preſentibus et poſteris, quod *Helnwicus* Abbas Loci Salſenſis, vir probabilis et diſcretus advo-

Digitized by Google

advocatiam loci ejusdem, audiens nos decreviſſe pignori obligare ob cautelam monaſterii et honorem Clauſtri ſui, ne alter aliquis eandem Advocatiam ſive emptionis ſive pignoris titulo ſibi adtraheret, unde loco ſuo dampna graviora forte ſuccederent . . . ducentas marcas puri argenti, ob jam dictum pignus ſibi confirmandum mutuo ſe nobis preſtaturum promiſit. Diem igitur et locum pariter conſtituimus &c. Huic ego et frater meus pari concurrentes aſſenſu prefato Abbati predictam Abbatiam inpignoravimus, fidejuſſore et obſide ei legitime tradente hos: *Eberhardum de Eberſtein*, *Waltherum de Tirsperc*, *Albertum de Ingersheim*, *Albertum de Lihtenberc*, *Wezelonen de Bergen*, *Albertum de Steinbach* pincernam, *Johannem de Baden*, *Wernherum Stummere*, *Dietricum de Kippenheim*, *Reinhardum de Baden*, *Bertholdum de Hahperc Fridericum Anſel. Burkard de Roden. Symont de Uſingen &c.* Actum publice apud *Cleche* Anno MCXCVII. Indictt. XV. II, Idus Aprilis.

*) *Hermani* V. anteceſſor hujus nominis Tertius *Friderici* I. Imperatoris, *Italiam* primo in-

ingrrſſi ſtrenuus aſſecla Marchionis Veronenſis inſigni axiomate annum inter 1155 et 1158. ornatus fuit. Cum enim Cæſar An. 1155. VIII. Kal. Septembris Epiſcopatus Conſtantienſis limites definiviſſet *Conſtantiæ*, *Hermannus* III. in Inſtrumento *Marchio de Baden* vocatur. At An. 1158. XVII. Kal. Jul. cum idem *Eridericus* I. litem inter *Ottonem* Friſingenſem Epiſeopum et *Henricum Leonem* Bavariæ Ducem diremiſſet *Auguſtæ*, interfuit quoque Rei geſtæ *Hermannus*, qui Inſtrumento Cæſareæ Sententiæ *Marchio Veronenſis* vocatur. *Vid. Schöpfflini Hiſtoria Zaringo-Badenſis Tom. I. pag.* 295. *cum ibi citatis.*

XIV.

De eadem Advocatia Loci Salſenſis.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. *Helnwicus* Dei gratia humilis Abbas Eccleſie Salſenſis . . . Innoteſcat ergo preſentibus et poſteris, quod recognita voluntate Marchionis *Hermanni de Baden* et fratris ſui *Friderici* ſuper advocatia Loci Salſenſis, quia videlicet eam vellent obligare pro pecunia, nos ad precavenda dampna graviora loco noſtro forte ſuccedentia, ſi alter eandem advocatiam pignoris vel emptionis titulo ſibi adtraxiſſet, communi fratrum ac Miniſterialium et amicorum noſtrorum

rum conſilio ducentas marcas puri argenti ob jam dictum pignus nobis confirmandum ſupra dictis fratribus mutuo nos preſtatnros promiſimus. Actum publice apud *Cleche* Anno MCLXXXVII. Indict. XV. regnante glorioſiſſimo Domino *Heinrico* Rom. Imp. et ſemper Auguſto feliciter Amen. II. Idus Aprilis.

L I X H E I M a)

MONASTERIUM ORDINIS S. BENEDICT DIOEC. METENSIS.

a) Vocatur quoque *Lixim*, *Lixin*, *Lixſim*, *Lickſum*, *Luchiſin* prope *Lützelſtein* in Ducatu Lotharingico uno milliari *Pfalzburgo* Argentinam verſus diſtans, cujus ſic meminit *Calmet Hiſt. de Lorraine Tom. 2. preuues p.* 347:

Eſt in Diœceſi Metenſis Eccleſiæ locus pertinens ad ſ. *Georgium* b), Juxta Soleburc c), qui vocatur *Luchiſin* d), ubi fuerat plurima multitudo fidelium monachorum converſorum ac devotarum mulierum ad ſerviendum Domino aggregata ac pro Religione et ſanctitate vitæ non modicum circum circa famoſiſſi-

b) Abbatia S. *Georgii.*

c) *Saarburg.*

d) Gallice *Lixin.*

moſiſſima. Hujus itaque Prior ſollicitus erga gregem et locum ſibi commiſſum foret, ac quoque illi neceſſaria et animabus præcipue utilia procuraret, videns Eccleſiam ſuam patrociniis ſanctorum carere, utpote quæ noviter conſtructa necdum ſatis fuerat reliquys Sanctorum adornata vel munita, Dominum *Stephanum* Metenſem Præſulem adiit, et ut in hoc ſibi ſubveniret, multis precibus exoravit, cujus precibus cum ſatisfacere prædictus Pontifex vellet, et ubi invenire poſſet, quæ petebantur, anxius mente dubia volveret, ab aſſiſtentibus ſibi Eccleſiam ſ. *Clementis* ſepulturis ſanctorum, qui in eadem Urbe tranſierant, inſignem eſſe accepit, quæ ſibi petita præbere ſufficienter ſine ſui detrimento valeret, et unde jam nonnulla ſanctorum pignora ſumta ad alias Eccleſias translata honorifice venerarentur. Confeſtim igitur accerſitis Abbatibus ſ. *Vincentii* atque ſ. *Clementis*, ut Corpus ſ. *Legontii*, quod apud eos hucatenus tumulatum jacebat, effoſſa humo detegerent, ac ſe prædicti Confeſſoris reliquias levaturum in proximo præſtolarentur, quæ huic operi neceſſaria forent omnibus præparatis reticens,

quod

quod tradere ſupradicto Priori diſpoſuerat, quod cum fratribus cognitum fuiſſet, petitis induciis, ut de quibus fuerant interpellati, inter ſe conferrent ac reſponderent, tandem communicato conſilio timentes tanto privari patrono, hujus, prædictorumque undique collectis relliquiis ſanctorum diſtincte atque ſeparatim in hoc ſcrinio repoſuerunt, ſingulis aſſignatis brevibus. Sunt autem caput cum cœteris corporis membris ſ. *Speri*, nullis involutis linteaminibus ſcilicet ſparſim per ſcrinium diſpoſitis et deſuper ſupradictorum ſanctorum reliquiæ ſeparatim cum brevibus ſuis aptatæ et linteis involutæ. Acta igitur ſunt hæc ab Incarnatione Dei MCXLII. menſe Junio Indict. V.

Quædam hujus monaſterii ad finem Vergentis documenta a me communicata parti ſecundæ *des Magazins für die Kirchen- und Gelehrten-Geſchichte der Pfalz*, inſeruit ſolertiſſimus D. Profeſſor *Wund Heidelbergæ*, quorum argumenta, ut magis innoteſcerent, hoc loco maxime congruo repetere placuit.

I. Wie myn gnedigſter her (der durchleuchtigſte hochgebohrne fürſt und

Digitized by Google

herr herr *Ludwig* Pfalzgrave by Rein herzog in Beyern des heiligen Römiſchen Reichs Erztdruchſeſs und churfürſt) *Wolfgangen von Duſs*, *Johannes Durbeckher von Widdersdorff* und *Niclaus von Vinſtingen* Conventz perſonen des Gotshaus *Lixheim* ir jedem hundert gulden fur ir endtliche abdrettung und gerechtigkeit obgemelts Gotshaus uf Zielen zu geben verſchrieben hat. *Heidelberg* uff *Bartholomei* Apoſtoli 24. Aug. Ao tauſend funfhundert zwanzig drei. *Magazin zweiter band S.* 261.

Intentum hoc ceſſionis negotium usque ad annum MDXXVIII. acquieviſſe videtur, quo omnes Conventuales pro eadem acceptanda *Ludovico* Electori ſupplicarunt.

II. Wie das Gotshaus *Lixheim* myn gnedigſter herr Pfaltzgrave Churfürſt als dem fundatorn und Schirmshern von Prior, Probſt und Convent gemelts Gotshaus zu verwalten zugeſtellt worden. *l. c. p.* 249. Gebenn uff montag nach Aſſumptionis *Mariæ* Virginis glorioſæ 17. Aug. An. Domini Milleſimo quingenteſimo viceſimo Octavo.

Has

Has ſupplices litteras ſubſcripſere: *Joannes Briſacher* Prior. *Joannes Widdersdorffer* Præpoſitus. *Ludovicus* de *Alben*. *Wolfgangus* de *Duſſ*. *Joannes Durbecker* de *Widdersdorff*. *Nicolaus von Vinſtingen*. Tres ultimi jam nominati ſunt in litteris ſub n. 1. et ob rationes allatas vixere extra monaſterium.

III. Wie mein gnedigſter herr *Johann Briſachern* Prior, *Joannes Widdersdorffern* probſt und *Ludwig von Alben* Conventual des Cloſters *Lixheims* idem ein jerliche penſion ir leben lang verſchriben . . Datum *Heidelberg* uff montag nach Aſſumptionis *Mariæ* 17. Auguſt fünfzehen hundert zwanzig acht. *loco citato pag.* 259.

IV. Wie Prior und Convent zu *Lixheims Joannes Widderdorffer* gewaldt geben mit meim gnedigſten hern der Zuſtellung des Cloſters beſchliſlichen handeln ſoll. Uf montag nach Lœtare 8. Mart. Anno 1529. *l. c. p.* 262.

V. Wie dem Amptman und Schaffner zu *Lützelſtein* *) gewalt und befelch geben von des Cloſters zu *Lixheim* amptleuten und unterthanen pflicht zu entphahen. Geben *Speyer* Sambs-

 tags

tags nach Miſericordias Domini. 17. Apr. Anno ejusdem Milleſimo quingenteſimo viceſimo nono *l*, *c*. p. 264.

*) Caſtrum et eidem adſitum oppidulum cognomine *Lützelſtein* (parva petra, gallice *petite pierre*) vel a rupe, cui inſidet, minore nomen obtinuit, in meditullio *Vogeſi*, ubi via Regia tranſit, in *Alſatiæ*, *Weſtriæ* et *Lotharingiæ* Confiniis poſitum eſt.

VI. Kauffbrieff über ſechs Bawgütter des Cloſters *Lixheim*, wie die verkaufft worden ſein. Datum *Heidelberg* uff Sontag Exaudi 25. May Anno tauſend funffhundert dreiſig drey. *l. c.* p. 266.

VII. Der ſiebendt Kauffbrieff der verkaufften Güter des Cloſters *Lixheim* zu *Zellenweyler* **). Datum *Heidelberg* uf dinſtag nach Exaudi 11. May Anno 1538. *loc. cit.* p. 270.

**) *Zellenweyler* inter *Benfeldam* et *Ober Ehnheim* ex Imperiali Lotharingicum Landsbergiorum feudum evaſit.

VIII Kauffbrieff wie *Hanns Jergen von Landsberg* des Cloſters *Lixheims* güter zu *Meinſersheim* ***) zu Kauf geben ſeint . . . Datum *Heidelberg* uf ſant Martins abend 10. Nov. Anno fünf-

fünfzehnhundert dreiſig und ſechs. *loc. cit. p.* 274.

***) *Meiſtersheim* Landsbergiorum feudis acceſſit.

IX. Kauffbriefe, wie Grave *Georgen von Bitſch* ****) und ſeiner Schweſter Cloſterfrawen zu *Wittersdorf*, des Cloſters Güter zu *Lixheim* zu *ober*- und *nieder Linden* verkaufft worden ſein. Datum 10. Nov. *Heidelberg* uf ſanct Martins abend. Anno fünfzehenhundert dreiſich und ſechs. *loc. cit. p.* 278.

****) Dynaſtia Bitenſis a Caſtro *Bitis*, *Bitſch*, quod *Vogeſo* inſidet, nuncupata.

An. MDL. Julius III. PP. ſub *Friderico* II. Electore Palatino ad Rhenum reſiduos Liexheimenſis monaſterii proventus Collegio Sapientiæ *Heidelbergæ* univit. Bullam Pontificis deſuper datam alibi ſumus allaturi.

Subjungimus aliquas Abbatiæ Wadegotienſis ad *Saaram* in *Weſtraſia* Ordinis Præmonſtratenſis in Diœceſi Trevirenſi Chartas, quæ concernunt ejusdem bona, poſſeſſiones et proventus in Terris Palatinis *Bockenheim*, *Lutra*

Digitized by Google

Cæſarea, Burg Alben, Bretten, Nider Flersheim, Erpſenbach &c. queis acceſſit ſpeciale intuitu Curiæ Bockenheimenſis *Philippi* Electoris Comitis Palatini ad Rhenum Protectorium ab Imperatoribus dein confirmatum.

XV.

Molendinum Eccleſiæ Wadegotienſis Burg alben ſub protectione Friderici Regis eſt.

Fr. Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus et Rex ſiciliæ *Renardo de Lutra* et omnibus aliis ſcultetis, qui pro tempore ibidem fuerint et univerſis, quibus hæ litteræ fuerint exhibitæ, gratiam ſuam et omne bonum. Quoniam ad hoc in Imperatoria dignitate ſumus conſtituti, ut unicuique jus ſuum conſervetur illæſum, et ut ſub nobis quilibet bonorum ſuorum gaudeat quieta et pacifica poſſeſſione, ſpecialiter tamen ſancta Dei Eccleſia et ipſorum bona, ſine quibus hi vivere non poſſunt, qui Dei Eccleſiis deſerviunt et in his Deo militant ſub habitu religionis, hoc ita firmiter volumus obſervari, ut quilibet

libet viri religioſi bonis ipſorum, de quibus ipſis victus miniſtratur et veſtitus, libere utantur et ipſorum bonorum quieta et tranquilla gaudeant poſſeſſione, ſine cujuslibet hominis perturbatione, Hujus ſine eſt, quod nos ad notitiam omnium fidelium noſtrorum volumus pervenire, quod nos volumus et per gratiam noſtram firmiter precipimus, ut Eccleſia illa de *Wadegoz*, quæ multa, ut veritate intelleximus, perfulget religionis honeſtate, quoddam molendinum, quod eſt a Curia que dicitur *Burgalben*, que ſita eſt prope *Lutram* in omni pace poſſideat et tranquillitate, et nolumus ut aliquis Officiatorum noſtrorum de *Lutra*, qui nunc eſt vel qui pro tempore futurus eſt vel aliquis alius, re quacunque vel occaſione predictam eccleſiam *Wadegoz* in antea dicto molendino gravet vel moleſtet, quod ſi quis facere preſumpſerit, iram et indignationem noſtram graviter ſe ſciat incurriſſe, in poteſtate etiam prefati molendini recognoſcimus eſſe predictam eccleſiam de *Wadegoz*, ut autem ipſa eccleſia prememoratum molendinum ſemper in pace poſſideat, hanc cartam conſcribi juſſimus et ſigillo no-

ſtro Communiri. Datum *apud ſanctum Naborem* Anno Dominicæ Incarnationis M.CC.XX°. VIII. Kal. Aprilis, Indictione quarta.

XVI.

Concambium inter Eccleſiam Leodienſem et monaſterium Wadegoz circa decimas in Kandeneche et Buckenheim.

I. Dei gratia Major Præpoſitus, Th. Decanus, Archidiaconus totumque Capitulum Eccleſiæ Majoris in *Leodio* omnibus præſentes litteras inſpecturis cognoſcere veritatem. Univerſitati veſtræ præſenti pagina declaramus, quod cum Eccleſia noſtra quandam decimam poſſideret apud villam, quæ *Kandeneche* nuncupatur, inter bona Eccleſiæ de *Wadegozen* et præmemorata Eccleſia quandam Decimam in villa de *Buckenheim* inter bona noſtra teneret vice verſa, de communi conſenſu tam noſtro, quam Eccleſiæ ſæpedictæ ita diſpoſuimus, quod dicta Eccleſia de *Wadegozingen* decimam noſtram inter bona ſua ſicut ſupra dictum eſt, ſitam de cœtero poſſidebit, et nos ſuam pari modo, ſed quia

quia noſtra decima, quam in commutationem receperunt, majoris eſt valoris, quam ſua, quam recipimus, idcirco ordinamus tam noſtra quam ſua interveniente voluntate, quod ſœpedicta eccleſia de *Wadegozingen* ſingulis annis in feſto ſancti *Remigii* in Octobri omni caſu contingente duodecim modios ſiliginis apud Wormaciam ad menſuram Wormacienſem cum expenſis ſuis adducet et perſolvet, vel unam carratam vini, ita tamen, quod in Optione noſtra erit, alterum, quorum velimus, nobis ſolvi vel vinum vel ſegetem ſœpedictam. In hujus rei teſtimonium et munimen præſentem cartulam ſigilli noſtri munimine duximus roborandam. Actum *Leodii* Anno Domini M.CC.XX. ſexto menſe Novembri.

XVII.

Concambium inter Comites Irſutos et monaſterium Wadegotienſe circa partem in Salina de Brethe. &c.

Nos *Simon*, *Emmeko* Canonici Majoris Eccleſiæ Wormatienſis, *Henricus Irſutus Comes* fratres de *Bommelenburch* et *Wiricus* miles dictus *de Dunna*, teno-

tenore præſentium profitemur et notum eſſe volumus univerſis; quod permutavimus et Cambiuimus viris religioſis Abbati et Conventui Eccleſiæ Wadegocenſis Præmonſtratenſis Ordinis Trevirenſis Diœceſis partem in Salina de *Brethe* nos contingentem et totum allodium noſtrum in *Gudelinga* et in omnibus terminis circum jacentibus in hominibus et aliis quibuscunque rebus nos contingens pro decem et novem malderis ſiliginis eisdem Abbati et Conventui Wadegocenſi apud *Vreymersheim* de allodio ſuo competentibus ſeu provenientibus et pro bonis ſuis hœreditariis apud *Tittelsheim* ſitis, allodio ſuo ibidem eisdem retento et reſervato, in perpetuo jure et titulo cum omni honore et Dominio, quaſi tenendum et poſſidendum pacifice et quiete, renuntiantes pro nobis et univerſis noſtris cohœredibus et ſucceſſoribus omni exceptioni et juris auxilio, quod nobis in hujusmodi contractu poſſet prodeſſe et dictis Abbati et Conventui Wadegocenſi obeſſe quoquo modo. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras ſœpedictis Abbati et Conventui Wadegocenſi damus ſigillorum noſtrorum munimine robora-

boratas. Datum Anno Domini M°CC°. Septuageſimo octavo, menſe Novembri.

XVIII.

Abbatia Wadegotienſis &c. cum Wyrico de Duna . . . permutant partem Salinæ de Breithe &c.

Nos *Emecho* Canonicus Majoris Eccleſiæ Wormacienſis *Wyricus de Duna* miles, *Cunegundis* uxor ejus *Cunradus Irſutus Comes* domicellus et *Alheidis* uxor ejus tenore præſentium profitemur et noſſe volumus univerſos præſentium inſpectores, quod cum inter nos ex parte una et viros religioſos Abbatem et Conventum Eccleſiæ Wadegocenſis Præmonſtratenſis Ordinis Trevir. Diœc. Super permutatione de parte in Salina de *Breithe* nos jure hœreditario contingente et bonis hœreditariis ipſorum religioſorum apud *Thittelsheim* ſitis, olim inita, ex parte altera diſcordia verteretur, tandem de Conſilio et Ordinatione nobilis viri Domini *Walrami Comitis Gemini pontis*, Domini *Joannis de Lichenſtein*, *Everhardi de Nannesſtol* militum, *Wilhelmi* dicti *Bano* Civis Wormacenſis et aliorum probo-

rum

rum virorum mediante Conſilio talis amicabilis Compoſitio de noſtro ſcitu, voluntate et Conſenſu ſuper dicta diſcordia intervenit, videlicet, quod dicti religioſi receptis et reſtitutis ſibi a nobis integraliter et abſolute dictis bonis ſuis hœreditariis apud *Thitelsheim* pro dicta parte noſtra in Salina de *Breithe*, nobis ſexaginta libras hallerum dare debent et promiſerunt, quam quidem pecuniæ ſummam nobis ante confectionem præſentium litterarum in pecunia prompta et numerata traditam et ſolutam et in neceſſarios uſus noſtros provide converſam profitemur et recognoſcimus per præſentes, volentes etiam, ut permutatio olim facta inter nos et dictos religioſos de allodio noſtro ſito in terminis *Saræ* et XIX. maldera ſiliginis prædicti Religioſi aliquando apud *Freymersheim* de allodio ſuo ibidem poſſidebant in ſuo robore permaneat ſempiterno, prout in aliis litteris ſuper hoc confectis continetur, et ſic dicti religioſi dictum allodium noſtrum in terminis *Saræ* una cum dicta parte noſtra in Salina de *Breithe* et bonis ſuis hæreditariis apud *Thitelsheim* cum omni jure, dominio et honore ac univerſis appen-

appendiciis ſuis poſſidebunt et tenebunt in perpetuum pacifice et quiete, renunciamus inſuper exceptioni dictæ pecuniæ non numeratæ non traditæ et non ſolutæ ac univerſis exceptionibus et defenſionibus et omni juris auxilio tam Canonici quam Civilis, quæ vel quod nobis ſive noſtris heredibus ſuper hujusmodi contractu prodeſſe poſſent et debent et dictis religioſis quoquo modo obeſſe nunc et in futurum. In cujus rei teſtimonium, robur et munimen ſigilla noſtra cum ſigillo dicti Domini *Walrami Comitis Gemini pontis* præſentibus ſunt appenſa. Datum et Actum apud *Wormaciam* Anno Domini M°CC° nonageſimo ſecundo in Craſtino Dominicæ qua Cantatur: *Exurge*.

XIX.

Regis Adolphi protectorium monaſterio Wadgaſs Conceſſum.

Scultetus, Conſules et univerſitas civium in *Lutrea Regis* univerſis præſentium inſpectoribus notitiam Subſcriptorum. Noverint univerſi præſentium inſpectores, nos litteras ſereniſſimi Domini noſtri *Adolphi* Regis Romanorum non

non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte vitiatas vidiſſe, legiſſe et transſcripſiſſe in hæc Verba: *Adolphus* Dei Gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis Gratiam ſuam et omne bonum, Ad univerſitatis veſtræ notitiam cupimus pervenire, quod nos precibus Venerabilis B. Trevirenſis Archiepiſcopi, principis noſtri Cariſſimi, nec non devota ſupplicationum inſtantia Venerabilium virorum Abbatis et Conventus monaſterii ſanctæ *Mariæ* in *Wadegozinga* Ordinis Præmonſtratenſis Trevirenſis Diocesis Devotorum noſtrorum gratioſius inclinati ipſos ac bona ſua in noſtrorum ac Imperii protectionem ſuscipimus et conductum dantes vobis omnibus et ſingulis hoc edicto Regis diſtrictius in præceptis, ne quis eos in bonis ſuis ſeu perſonis præſumat aliquatenus moleſtare ſed potius eisdem, ubicunque vos requirendos decreverint, pro noſtra et Imperii reverentia ipſos et bona ipſorum defendendo et conducendo aſſiſtatis efficaciter conſilio, auxilio opportunis, ſic quod veſtræ ſollicitudinis ſtudio, tranquillitate et ſecuritate gaudeant,

deant, nullum ſentientes a quoquam adverſi gravaminis nocumentum. Datum *Coloniæ* X Kal. Septembris Regni noſtri anno primo. Facta eſt Collatio Anno Dominicæ Incarnationis M°CC°XCIII; *Cæciliæ* Virginis.

XX.

Vidimus protectorii Regis Friderici An. 1220. Eccleſiæ Wadgaſſ conceſſi.

Nos *Johannes* Dei patientia Præpoſitus totusque Conventus Eccleſiæ de *Lutra* Wormat. Dyoc. Ord. Præmonſtrat. tenore præſentium publice profitemur, nos vidiſſe, tenuiſſe et de verbo ad verbum perlegiſſe privilegium ſereniſſimi Principis *Friderici*, quondam Regis Romanorum, non cancellatum, non abolitum nec in aliqua ſui parte vitiatum in hæc verba: Fr. Dei gratia &c. (*vide ſupra*). In cujus rei teſtimonium Nos *Johannes* Præpoſitus et Conventus prædicti ſigilla noſtra præſentibus appoſuimus in teſtimonium veritatis. Datum Anno Domini MCC. nonageſimo quinto, feria quinta poſt Dominicam inovocavit.

XXI.

Münſter - Dreiſa vendit Getſæ et Drudelæ Beginis in Wormatia X. maldra ſiliginis in Nieder - Flersheim &c.

Nos *Jacobus* Dei patientia Abbas totusque Conventus Monaſterienſis Præmonſtrat. Ord. Mag. Dyoc. univerſis præſentes litteras inſpecturis cupimus eſſe notum, quod cum nos olim vendidimus honeſtis matronis *Getzæ* et *Drudelæ* Beginis in Wormatia commorantibus quoad vixerint, ſuper bona tunc noſtra in *Niedervlersheim* decem maldera ſiliginis annuæ penſionis, nunc vero poſtea dicta bona in *Niedervlersheim* conſenſu unanimi et præhabita deliberatione diligenti vendidimus vero et juſto vendicionis titulo et contractu perpetuo et irretractabili religioſis viris et honeſtis Abbati et Conventui Eccleſiæ Wadegocienſis noſtri Præmonſtr. Ord. Trevir. Dyoc. et dictæ Beginæ de hujusmodi penſione annua decem malderorum eis debita ad ipſa bona de *Niedervlersheim* adhuc recurſum habeant et reſpectum. Nos dictos religioſos Abbatem et Conventum Wadegocienſem ſuper hoc habere volentes exoneratos, ut tenemur, et

et indempnes conſervare, loco et vice dictorum decem malderorum pro ſubpignore obligamus et aſſignamus eisdem ad vitam dictarum Beginarum vel alterutrius ipſarum omnes Campos noſtros ſitos infra tres vias infra ſcriptas, videlicet, a via per quam itur a *Tripten* usque ad *Haſſenbruchen* et a via, per quam itur a *Rodenburcher weche* usque ad *Dalewech* et deinde a via per quam reditur de *Dalewech* usque ad *Haſenbruchen*, ita videlicet, quocunque annorum nos in ſolutione dictæ annuæ penſionis decem malderorum ſiliginis ipſis Beginis facienda negligentes eſſemus vel remiſſi, quod abſit, et ob hoc bona de *Niedervlerſheim* ab eisdem Beginis impeterentur vel invaderentur, ex tunc Abbas et Conventus Wadegocienſis prædicti ſubpignora prænominata invadendi, apprehendendi et tenendi liberam habebunt voluntatem, quo usque ipſis Beginis de penſione annua eis debita plenariam fecerimus ſolucionem, quæ etiam Beginæ, cum de hac vita migraverint, bona noſtra, ſubpignora antedicta ad nos et noſtrum monaſterium quiete et libere devolventur et revertentur. In quorum omnium teſtimonium præſentes

 litte-

litteras ſuper hoc confectas ſigillorum noſtrorum munimine prædictis religioſis tradidimus ſigillatas. — Datum Anno Domini M.CCCXVII. in die beatæ *Margarete* virginis et martyris.

XXII.

Cœnobium Wadegozin per totum patrimonium in Lutrin Friderici R. Regis a teloneo liberum.

F. Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus et Rex *Siciliæ* univerſis fidelibus ſuis, quibus præſens ſcriptum exhibitum fuerit, gratiam ſuam et omne bonum. Ne ab hæredibus ſuis minus forte diſcretis ratione telonii, quod per totum patrimonium noſtrum in *Lutrin* fidelis noſter *Reinhardus de Lutren* in recto feodo habere dinoſcitur, Cænobium in *Wadegozin* aliquando poſſit moleſtari, dictus R. animæ ſuæ providens de futuris humiliter a nobis poſtulavit, ut nos donationem ſive conceſſionem, verum etiam indulgentiam, quam ipſe R. dicto Cœnobio ex bona ſua voluntate et mera conſcientia donavit, conceſſit et indulſit, videlicet, quod tota familia dicti cœnobii, per omnia loca patrimonii

monii noſtri in Luteren, in quibus dictus R. ratione feodi ſui telonium accipere conſuevit, absque omni telonio libere debeat tranſire et res dicti cœnobii traducere, ut nullus hœredum ſuorum decreto præſcripto poſſit contravenire, publico inſtrumento ſigillo noſtro munito volumus confirmare. Nos itaque juſtis precibus ſuis benignum adhibentes aſſenſum dicto cœnobio in *Wadegozin* dictam donationem, conceſſionem et indulgentiam decrevimus confirmare ſtatuentes et per gratiam noſtram firmiter præcipientes, ut nullus hœredum dicti *Reinhardi* ſive aliarum perſonarum aut occaſione noſtræ poteſtatis ſive alicujus dictum cœnobium in traducendis rebus ſuis in locis ſupradictis præſumat impedire vel moleſtare aut aliquod ab eo telonium accipere, quod qui facere præſumpſerit, indignationem noſtram ſe noverit graviter incurriſſe. Ad cujus rei majorem evidentiam præſentem cartam ſcribi et ſigillo noſtro juſſimus communiri. Datum *apud ſanctum Naborem* IIII. Martii Indictione IIII.

XXIII.

Monaſterii Wadegotienſis ſenibus et infirmis providetur de decem maldris ſiliginis ex Flersheim. &c.

Nos *Johannes* Dei patientia Abbas totusque Conventus Eccleſiæ Wadegotienſis Præmonſtr. Ordinis Trevir. Diœc. univerſis præſentes litteras inſpecturis cupimus eſſe notum, quod nos præhabita deliberatione diligenti ex unanimi voluntate et concordi Conſenſu ordinavimus inter nos et per præſentes ordinamus et ſtatuimus ac etiam fide data et ſub ſacramento religionis noſtræ ac juramenti præſtiti corporalis inviolabiliter obſervare in perpetuum promittimus et tenemus nobis et cuilibet noſtrum de cætero tam Sacerdotibus quam Dyaconibus ad quamlibet commeſtionem hyeme et æſtate, ſive tempore unius refectionis quam duplicis debere propinari de Cellario ad menſuram, quam nos appellamus majorem gratiam, ſive ad pintam menſuræ ſaræpontenſis. Item ad ſupplementum collationis, quæ hactenus propinabatur deputamus vineam illam olim comparatam a *Wendelmude de Zhaſhuſen* quondam ſorore noſtra,

cujus

Digitized by Google

cujus vineæ vinum recipiat Conventus et Prior, qui pro tempore fuerit, de ipſo ad collationem vel alias, ubi videbitur neceſſe, præter ſupradictam, Conventui faciat miniſtrari. Item de illo vino, quod provenire potuerit de vinea Conventus adducent currus Eccleſiæ annuatim unam carratam ad Eccleſiam ſuis vecturis et expenſis et quod ſuper unam carratam ſupererit, erit in diſpoſitione Conventus, vendendi, ſi voluerit et ipſam vineam ex hac colendi et procurandi et de hujusmodi carrata vini recipiet de Cellario ſupra dicto ad neceſſitatem Conventus, quantum neceſſe habuerit. Item ad ſolatium et beneficium impendendum infirmis, debilibus, ſenibus et aliis fratribus noſtris opus habentibus aſſignamus decem maldera ſiliginis menſuræ Wormacienſis recipienda annuatim ex fructibus, qui provenire potuerint de Curia noſtra de *Vlersheim* præſentanda infirmario noſtro, qui pro tempore fuerit exponenda ad uſum et neceſſitatem talium, quodſi non fecerit, revolvi volumus ea decem maldera ad Conventum. Que omnia et ſingula præmiſſa ſi quis noſtrum præſentium et futurorum infregerit vel violaverit

laverit aut contra fecerit verbo, conſilio vel facto, hunc cenſeri volumus et reputari perjurum et infamem. Datum ſub ſigillis noſtris Anno Domini M.CCC XXV. in ebdomada Penthecoſtes.

XXIV.

Rodulphus Comes Palatinus Rheni ignoſcit Wadegotienſibus factum quoddam, quod in Bockenheim contigit.

Wir *Rodulph* von Gotes gnaden paltz grave zur Ryn und hertzog in Bayern bekennen uns offenlich mit dieſem brief, das wir vor uns, unſer helffer und diener verzigen und verzigen han mit dieſem brief uf die erbere geiſtliche herren des Cloſters zue *Wadegaſs*, umb die getat, die da geſchach zu *Bockenheim* in dem hobe. Zur urkunde geben wir yn dieſen brief under unſerem hangenden Ingeſigel. der brief wart geben zu *Wintzingen* an dem achten dage nach Weynachten nach godes geburte drytzehen hundert jar, darnach in dem vier und vierzigſten jar.

Digitized by Google

XXV.

Selgerede Volmar Schotte von Wachenheim in der Capelle zu Kindenheim.

Wir Official des Domprobeſtes zu *Wormeſen* verjehen uns uffelichen in dieſem brieff, das vor uns quam der ſtrenge edelknecht *Volmar* genant *Schotte von Wachenheim* und hat mut ein ſelgere zu machen bit ſolichem gude als ym zu rechten erbeteil gevallen, was zu *Kindenheim*, zu *Geſenheim* und zu *Grosbockenheim* und in yren marcken gelegen, wie es genant iſt, und er es beſeſſen hatte bis uf dieſen heutigen dag und wolt do bide ein meſſe erfüllen zu *Kindenheim* in der Capellen, dorum das nit waren dry meſſen wocheliches geſprochen worden, das vorbas me ewеglichen ein gantz ewege meſſe do geſprochen werde, als mogelich und zeytlich einem prieſter zu ſprechen und gewohlich iſt one geverde, in der Statt zue *Wormeſen*, da auch ewege meſſen bit einem prieſter beſtalt ſind, alſolich dieſe vorgemelte meſſe nitwann bit einem prieſter beſtalt ſoll werden und darumb das zu ſollen furen, ſo han wir dorch bede wegeu des egenanten *Schotten*

 ten

ten geſant von unſers gerichts wegen in das dorff zu *Kindenheim* den erbarn man herrn *Johann Gerwiller* von *Lutern* einen vicarien des ſtifftes zue ſanct *Pauwels* zu *Wormſen*, vor dem derſelbe *Volmar Schotte* und vor den gezüge die hernoch geſchriben ſtent, ſich üſſerte und gap uff die vorgenant gut dem erberen geiſtlichen herrn herrn *Gerlach* Apt des Cloſters zu *Wadegozen* Ordens von Præmonſtry Tryerer biſtum gelegen, der dieſelbe gute entphing von ſin und ſins egenanten Cloſters wegen, des auch die Cappelle iſt zu *Kindenheim* an der Canzell án der ſtraſſen und an hubhofen als die hubnere die geſchworen und die gemeinde des dorfes zu *Kindenheim* ſprachen und wiſſeten, das die geiſtliche in Seelgeredes wiſe volle macht heden, als uns der vorgenant herr *Johan Gerwiller* wider geſagt hat uff die trewe, die er uns gap an eydes ſtatt, auch na dem entpfhenckniſſen der egenanten gude globte der vorgenannte herr *Gerlach* Apt von ſin und von ſines Cloſters wegen, das ſie die meſſe ſollen thun ſprechen und vollenbringen als vorgeſchriben ſtet, und wer es das dies kein virzüttlich und un-

gewohn-

gewohnlich ſummeniſſes geſchehen, das ſumeniſſe das ſall man wyder keren, nach dem als wir Official oder unſere nachkommende ewetlichen wiſſen das billig und zütlich ſy, nach dem das an der ewige meſſe bit einem prieſter in der ſtatt zue *Wormeſen* beſtelt ſint ane alle geverde, by der vorgenanten uffgaben und by dem entphenkniſſe ſint geweſen die beſcheiden lude *Brechtlen* von *Kindenheim*, *Niclas Schlacht*, *Craffh* ein becker, *Conrad von Ebbrülleſchem*, *Heinz bens* der geſchworen, *Rid Hubene*, *Hencklein Schmits* Son *Drieber heins* ſin ſon, *Philips* der Schuchman und viel andere erbare lüde, des zur urkunde ſo han wir der vorgenant offcial unſeren officialitæten Ingeſigell gehencket an dieſen brieff by des vorgenannten *Volmars Schotten* Ingeſigell das auch ich derſelbe *Volmar* mich erkennen, daz das war ſy. darre brieff wart do man ſchrip nach Chriſty geburte in latine Anno Domini MCCCL nono ſecunda feria poſt Dominicam *Cantate* proxima.

XXVI.

Digitized by Google

XXVI.

Volmarus Schotte ad dies vitæ recipit annuos cenſus ab Abbatia Wadegotia.

Ich *Volmar* genannt *Schotte* ein edelknecht von *Wachenheim* verjehen mich offelich in dieſem brieff, das ſolche Korn gülte, als mir jares reichent die erbare geiſtliche herrn der Apt und das Cloſter gemeinlich zu *Wadcgatz* in Trierer biſtum gelegen bit namen zehen malter Korn geltes und ein halp fuder luter wein geltes, das ſie mir die ſeint ſchuldig zu reichen mine lebe tag und nit lenger und wanne ich nit mer bin, ſo ſind die vorgen herrn bit eynander quyt, ledig und los und ſoll keiner meiner erben oder yns anders kein anſprache haben von der Gülte gen den vorgen: herrn und gen ire Cloſter, ane alle geverde, das zur urkunde ſo han ich der vorgenante Schotte min eygen inngeſigel an dieſen brief gehencket, der gegeben wart, do man ſchrip noch Chriſte Geburte in latine Anno Domini M CCC° L° nono, quarta feria infra octavam Pentecoſtes.

Digitized by Google

XXVII.

F. und F. gebrüdere zu Lyningen begeben ſich alles anſpruchs auf zehen malter Korns zu Freymersheim für die Abtey Wadgaſs für eine jar gezyt.

Wir *Frederich* der alte und *Frederich* der junge gebrüdere zue *Lynningen* bekennen uns und dun kunt allen lüden, dy dieſen brieff ummer anſehent leſen oder hörent leſen umb ſolche zehen malter Korn geltes ewiger und järlicher gülten, dy dy erbare geiſtliche lude der Apt und das Convent des Cloſters zu *Wadegaſs* Ordens von Præmonſtrey in Tryrer biſtum gelegen bizher gehabt hant und noch hütes tages hant in dem dorf zu *Freymersheim* in Mentzer biſtum gelegen, darzue wir uns rechtens vermeſſen han von unſer graveſchafft wegen, daz wir lüterlich durch Gottes willen nnd durch heiles willen unſer alteren, unſers ſelbes und unſerer nachkommen ſelen, alle dy rechte, dy wir zue derſelben zehen malter korngeltes gehabt hant und haben mögen, welche dy ſint, dem egenanten Apt und Convent zu *Wadegaſs* gäntzlich und gar gegeben han, alſo

daz

daz ſy unſere, unſer eltern und unſere nakommen jargezyt dun ſollent in yrem Cloſter zu *Wadegaſs* nach yres Cloſters gewohnheit und verſprechen och veſtetlich vor uns und unſer nakommen, daz wir ſy an derſelben Korn gulte nymmerme gehindern ſollen, engen oder irren und auch nit ſchaffen, daz ſy gehindert oder gehyrret daran in keine wys nit werden, ſunder wir ſollen ſy daby ſchirmen alle zyt wir und unſere nakommen na unſeren beſten mogeden, uſgeſcheiden an den vorgenanten dingen allerley argliſt und geverde. Des zur urkunde undt gantzer ſtedekeit han wir *Frederich* der alte und *Frederich* der junge gebrüder egenant und graue vor uns und alle unſere nakommen unſer beider Ingeſiegel an dieſen brieff gehencket zue gezüge der Warheit. Datum Anno Domini MCCC ſexageſimo ſeptimo quinta feria poſt Dominicam *Exaudi* proxima.

XXVIII.

Digitized by Google

XXVIII.

Simon Zuller von Lautern verkaufft an das Cloſter Wadegaſs zwo wiſen zu Erpfenbach.

Ich *Symon Zuller von Lutern* burger zu Worms und ich *Catherine* ſine eliche frauwe bekennen und dun kunt allen luden dy diſſen briff anſehen oder hören leſen, das wir mit geſampter hand eindrectlich und einmudiclich vor uns und alle unſere erben mit rade und wiſſende *Symon Zuller von Lutern* minen *Symonds* fater, hern *Symonden* Canonicken zu ſanct *Martini* zu *Worms* mines bruders und *Henrich Smalzens von Landowen* myns Schwagers rehtlich und redelich verkaufft han und verkaufen urkunde diſs offenen bryves denen erbaren geiſtlichen herren hern *Gerlach* dem Apte und den gemeynden Convente des Cloſters zu *Wadegaſſen* Ordens von Premonſtrey und allen iren nachkommenden unſere zwo Wiſen zu *Erpfenbach* in dem gerichte gelegen dy man nennet *Moirswys* und *Kirchenwyſſe* mit allen iren begriffen um anderthalb hundert pfund heller dy wir an guder und geber werunge gentzelich

und

und gar han entphangen und in andern unſern nutzen bewant und gekert, dyſelben wyſſen mich *Simon Zuller* von rechten doitgefelle angefallen ſind von *Gertrude* ſeeligs eemalen miner elichen frauw und ſymelichen unſer zweier Kinder und auch als von ſolichs zu Grids wegen, das mir *Symon Zuller* min lieber fater gap und bewyſet zu *Gertruden* ſelig vorgeſchrieben, und iſt zu wiſſende daz der egenannt herr *Gerlach* der Apt und Convent zu *Wadegaſs* und ire nachkommende mit den zwenen wyſſen duin und laiſſen mogen und ſollen brechen und brifen nach irem willen nu vorbaſs me one alle wyderſprache und wyderrede unſerer erben zu beiden ſiten one alle argeliſt und Geverde. Des zu urkund han ich *Symon Zuller* vor mich und *Katherin* min eliche frauwe min Ingeſiegel an diſſen brieff gehenckt zu gezüge der wairheit und zu merer Stedekeit han ich *Symon* und *Katherin* ſammenthafft gebeden *Simon Zuller* minen fater, hern *Symon* minen brudern und *Henrich Smalzen von Landowe* minen Swager, daz ſie ire Ingeſiegel by myn *Symonden* Ingeſiegel han gehenckt zu ge-

züge

züge der vorgenannten ſachen und ich *Simon Zuller von Lutern*, *Symon Zuller* Canonick zu ſanct *Martin* zu *Worms* und *Henrich Smalz von Landowe* erkennen uns daz der vorgeſchriben kauf mit unſerm rade, wiſſen und willen und vorſpruck treulich beſchint iſt, und han darum und durch bede willen *Simonden Zuller* und *Katherin* ſiner elichen frauwen unſer Ingeſiegel an diſſen briff gehenckt zu gezüge der wairheit. Datum Anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo tertio ipſo die Aſcenſionis Domini.

XXIX.

De Curia Pauenecke monaſterii Wadegotienſis ſita Wormatiæ.

Wir der Official des Domprobſtes zu *Wormeſen* bekennen uns Uffenlichen und dun kunt allen luden die dieſen brief anſehint oder horent leſen, das vor *Johannes Stracken* unſeres gerichts geſchwornen Schrieber, als vor uns ſel, ber geweſt ſint die erbare lude *Emerich von Landawe*, *Katherin* ſine eliche frauwe und *Chriſtian* yre bruder ſon burger zu *Wormeſen*, die bekanten und

verjehen ſammenthafft und mit einander recht und redelich vor ſich und yre erben, das die erbare geiſtliche herrn her *Gerlach* Apt und das Convent des Cloſters zu *Wadegaſs* Præmonſtr. Ordens in Tryerer biſtum gelegen in allen dryen perſonen obgenant in lipgeding geluwen hant und geluwen hetten mit dieſem brief yren hoff den ſy hant zu *Wormeſen* gelegen in der *Wolgaſſen* der do geheiſſen iſt zur *Pauenecken* und was zu dem hoff gehorig iſt und yren garten der gelegen iſt nydenwendig pawen borter, alſo das die vorgenant eliche lude und yr ſon die Zinſe die uſſer dem hoff und garten gant alle jar järlichen bezalen und reichen ſollent one allen ſchaden des vorgen: des Apts und des Convents, auch ſollent die vorgen eliche lude und ir ſon den obgen: hoff und garten in rechten und: redelichen gewonlichen buwe halten, an geverde, wer es auch, das der hoff obgen: von ſins ſelbes füre oder von flug füre verbrante, ſo gott vor ſy, das er ſoll den vorgen: elichen luden noch yrem ſon nit ſchaden in keinen weg noch auch damit nit zu ſchicken und zu ſchaffen han an keinen weg an alle gever-

Digitized by Google

geverde. Auch iſt geret und iſt des vorgen: Apts und Convents wille und verhenkenuſſe, das ſy ein dür brecheten, brechen wollent und mögen uſser yrem hoff in des vorgen: hern des Aptes und des Conventes hoff, alſo wanne die vorgen: eliche lude nit en ſint und yre ſon, das ſy macht han ſollent und mogen dieſelbe dür zu vermuren und zu vermachen an aller meningliches widderrede von den vorgen: elichen luden von yres ſons wegen: auch iſt geret, wanne oder wie deden ſy kommen in den vorgen: yren hoff, ſo ſollent die egen: eliche lude und yr ſon yn reichen und geben gefürte bedte, heuwe und ſtro yren pferden, rockenbrodt und ein gemüſe, licht und andere kleine ſachen, die darzu gehörich ſint ane geverde. Auch iſt geret, daz eine ſteinen hus nacher dem Ryne zu gelegen ſy ynbehalten hant mit Kelren Kammern und Korn hus zu unden wan und wy decke ſie des bedorfent alſo doch, wan ſie das egen: ſteine hus nit bedorfent, ſo ſollen ſich die eliche lude und yr ſon vorgen: domitde behelffent, als mit dem andern hus ane widderrede und ſollent auch daſſelbe hus halten im buwe

als das andere, me iſt auch geret, wer es Sache das di eliche lude und yr ſon obgen: keinen nuwen buwe deden in dem vorgen: hoff oder in dem garten, der ſoll nach yrer dryer dode bit dem obgen: hof und garten wider an den vorgen: Apt und Convent des Cloſters zu *Wadgaſſen* zu einem rechten ſelengerede ledig und los verfallen ſin, alſo das ſy yn allem darumb ſollent getrewelichen gedencken. Derer dinge aller zur einem waren urkunde, ſo han wir unſers gerichts ingeſigel mit des vorgen *Emerichs von Landauwen* Ingeſigel zur eynem gezugenuſſe gehangen an dieſen brieff. Das ich *Emerich von Landauwe* obgen: *Katherin* myne eliche frauwen und *Chriſtian* unſer beder ſon, uns aller deren vorgeſchriben dinge erkennen, daz die war ſin in aller der maſen als hervor geſchriben ſtet, das han ich *Emmerich* vor uns und unſere erben myn eigen Ingeſigel zu einer verſicherheit und gezugenuſſen bey des egen. gerichts Ingeſigel gehangen an dieſen brief der geben iſt do man zalt von Gottes geburte dryzehen hundert und dry und ſibenzig uff ſ. *Lucien* abend der heiligen jungfrauwen.

XXX.

XXX.

Philippi Electoris Palatini protectorium monaſterio Wadegotienſi conceſſum.

Wir *Philipps* von Gottes gnaden pfaltzgrave bey Rhein hertzog in Beyern des heiligen Römiſchen Reichs Ertzdruchſeſs und Churfürſt &c. bekennen und thun kundt offenbar mit dieſem brief, daz wir dem Würdigen Unſern lieben andächtigen Apt zu *Wadtgaſſen* præmonſtratenſer Ordens, ſeim Cloſter mit der probſteye in *Clein Bockenheim* und anderen ſeines Cloſters angehorigen in Unſern ſondern Schutz, Schirme und vorſprechen entpfangen und aufgenomen haben, entpfangen und nemen die uff in crafft diſs brieffs, wo ſie recht zu geben und zu nehmen, zu nehmen und zu geben, vor uns unſern räthen oder hoffgericht genugt und demnach kommen wollen, ſie zu ſchirmen, zu vorſprechen und zu handthaben gleich andern unſern prælaten und den Unſern ohngeverlich und von ſolchs Schirm wegen ſoll uns der benant Apt und ſeine nachkomen jedes jars aus der probſteyen zu *Clein Bockenheim* zwo

 wagen

Digitized by Google

wagen farth thun und dienen in unſer Schloſsghen *Alzey* uff unſer oder unſer burggraffen geſynnen, darzu uns auch ein jedes jars reichen und unſerm Keller der je zu zeith iſt, antworten ein malter erbeſſen, die werſchafft und kauffmanns guth ſein und des gemelten Schirms weiter nit beleſtiget oder beſchwerdt werden. Hierruff ſo befelhen und gebieten wir allen und iglichen unſern burggraffen, amptleuden und ſchribern zu *Altzey* und andern unſern underthanen der ſelbſt ampts, das ſy den genandt Appt, ſein Cloſter und probſteyen, wie vorſtehet, von unſert wegen veſtiglich ſchützen, ſchirmen und handthaben, ſy nit verwaltigen oder verunrechten laſſen, ſunder zu ihrem recht getreulich helffen und beyſtendig ſeinn nach vermogen ungeverlich. Urkund Diſs brieffs verſiegelt mit unſerem anhangenden Secrett. Datum *Heydelbergh* uff montagh nach ſanct *Erharts* tagh. Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo Nonageſimo primo.

XXXI.

XXXI.

Ludwig Kurfürſt von der pfaltz hat an Philips von Harrecort probſt uff ſ. Georgenberg bey Pfedersheim järlich auf ſein lebenlang hundert dreiſſig gulden zu reichen.

Wir *Ludwig* von Gottes Gnaden pfaltzgraue bey Rhein, hertzog Inn Bayern des heiligen Römiſchen Reichs Ertzdruchſeſs und Churfürſt bekennen und thun kunth offenbar mit dieſem brief für uns und unſre erben, nach dem der würdig unſer lieber andächtiger *Kilianus* Abt des Gotteshaus *Wadgaſs* fur hundert dreiſſig gulden jerlicher penſion, die wir dem ehrſamen unſerm lieben andechtigen herrn *Philipſen von Harrecort* probſt uff ſanct *Gorgenberg* bey *Pfedersheim* gelegen ſein lebenlang uſs unſer Kellerey daſelbſt zu reichen und lieffern zu laſſen, verſchrieben haben, unſer bürg und ſelb ſchuldner worden iſt, und ſich bemeltem probſt fur uns verſchriben und verpflicht hat, laut der verſchreibung darüber uſsgangen, der datum ſteht uff nativitatis *Mariæ* Anno Domini Milleſimo quingenteſimo viceſimo quinto.

 Alſo

Alſo gereden und verſprechen wir für uns und unſere erben hiemit und in Krafft dies brieffs den obgedachten Abt ſollicher bürgſchafft und ſelbſt ſchuld wegen gnediglichen und on allen ſeinen koſten und ſchaden zu entheben, zu loſen und ſchadlos zu halten allerdings on geverde. Und des zu urkunde haben wir unſer ſecret hieran thun hencken. Datum *Heidelberg* uff Samſtag nach Crucis exaltationis Anno fünfzehen hundert zweinzig und fünfe.

SCHORNSHEIM a)

MONASTERIUM SANCTIMONIALIUM ORDINIS SANCTI BENEDICTI ANTIQUISSIMUM b) IN DIOECESI MOGUNTINA c).

S. *Bonifacius Germaniæ* Apoſtolus Strenue laborans in propaganda Evangelii veritate et paganiſmo funditus eradicando adhibuit plures Dei ſervos, qui in ejus adjutorium Convenerant e *Britanniæ* partibus d), unde dein et alios optimæ famæ virosatque fœminas vitæ integritate claras, quas inter *Lioba* e), ad eundem ſanctum finem evocaverat f). Hæc *Biſchoffshemy* g) pri-

primum Chriſti Ancillis præpoſita, demum ætate provecta *Schornshemy* permanſit jejuniis et Orationibus Deo inſerviens i).

a) Duobus *Moguntia* diſtat milliaribus villa in pago Wormatienſi ſita inter villas *Würſtat*, *Spiesheim*, *Friſenheim*, *Kingernheim* et *Udenheim Schornshemio* proximas.

b) Initia hujus monaſterii referimus ad alterum ſeculi octavi quadrantem juxta ſeriem hiſtoricam.

c) Turbida plane facies Diœceſis Moguntinæ circa hæc fuit tempora; ſcribit enim *Bonifacius* ad *Zachariam* PP. ep. LI. noviſs. edit. An. DCCXLII. — Franci enim ſeniores dicunt, plus quam per tempus octoginta annorum ſynodum non fecerunt, nec Archiepiſcopum habuerunt . . . Anno DCCXLV. *Gervilio* (melius diceretur Gewieliebus) Moguntinæ ſedis Antiſtes fuit Epiſcopali dignitate privatus et *Bonifacius* Anno DCCXLVII. Cathedræ Metropoliticæ denuo renovatæ impoſitus.

d) *Willibaldus* in vita ſ. *Bonifacii* ait; Sic ſanctæ rumor prædicationis ejus difamatus eſt, in tantumque inolevit, ut per maximam jam *Europæ* partem fama ejus perſtreperet, et ex *Britanniæ* partibus ſervorum Dei plurima ad eum tam Lectorum quam etiam Scriptorum, aliarumque artium eruditorum virorum congregationis conveniret multitudo, quorum

 quip-

quippe quam plurimi regulari ſe ejus inſtitutioni ſubdiderunt, populumque ab erraticæ gentilitatis profanatione plurimis in locis evocavere, et alii quidem in provinciam *Heſſorum*, alii etiam in *Thuringiam* diſperſi, late per populorum pagos verbum Dei prædicabant.

e) *Lioba* primum *Truthgeba*, dein cognomine *Leobgyta* et contracte *Lioba* vel *Lieba* dicta fuit, ut teſtatur vita ipſius a *Rudolpho* monacho Fuldenſi Seculo nono ex quatuor diſcipularum ejus *Agathæ*, *Teclæ*, *Nanæ* et *Eolibæ* fideli relatione conſcripta. In epiſtolis Bonifacianis (noviſſimam earundem editionem intelligo) plerumque *Leobgyta* vocatur. Sic ep. XXI. inſcribitur: *Leobgyta Bonifacio* Domino Reverendiſſimo et Summæ dignitatis infula prædito *Bonifacio* atque in Chriſto Clariſſimo et Affinitatis propinguitate connexo *Leobgytha* ultima leve jugum Chriſti jugum portantium famula perennem ſoſpitatis ſalutem. In hac epiſtola Patrem *Tinne* ante annos octo denatum precibus commendat, matremque adhuc ſuperſtitem cognomento *Ebbam*, quæ tibi, inquit, conſanguinitatis nexibus copulatur. Ep. XXII. *Bonifacius* quibusdam Monialibus. Venerandis et amandis Chariſſimis Sororibus *Leobguthæ* et *Theclæ* &c. Ep. XXIII. *Bonifacius Leobgythæ*. Ep. CII. b. Sorori in Chriſto Cariſſimæ *Leobgythæ Lullus* exiguus ſervus &c.

Digitized by Google

Lioba a primis ſe dedit annis liberalium diſciplinis artium. Ab ipſis, ait *Rudolphus* in vita Cap. XII. p. 252, infantiæ rudimentis Grammatica et reliquis liberalium artium ſtudiis inſtituta. Poeticen ab *Eadburga* didicit. *Mabillonius ad Rudolphum loc. cit.*

f) *Othlonus* in vita ſ. *Bonifacii* lib. I. C. 25. refert: Prædicans et baptizans ſ. Præſul *Bonifacius* in *Turingorum* et *Heſſorum* regionibus, perſpexit meſſem quidem eſſe multam ibi, ſed Operarios paucos ad Copioſam multitudinem Credentium inſtruendam: Unde in Provinciam patriamque ſuam mittens, exinde tam fœminas, qnam viros religioſos, ſcientiaque varia imbutos plures venire fecit, ſuique laboris onus inter eos diviſit. Inter quos erant præcipui viri *Burchardus* et *Lullus*, *Willibalt* et *Wunnibalt* frater ejus, *Witta* et *Gregorius*; fœminæ vero religioſæ, matertera ſcilicet *Lulli* nomine *Chunihilt* et filia ejus *Berathgit*, *Chunitrut* et *Tecla*, *Lioba* et *Waltpurgis* ſoror *Willibaldi* et *Wunnibaldi*. Sed *Chunihilt* et filia ejus *Berathgit* valde eruditæ in liberali ſcientia, in *Turingorum* (quæ *Franconiam* complectebatur) regione conſtituebantur Magiſtræ. *Chunitrud* in *Bajoariam* deſtinata eſt, ut verbi Divini ſemina ibi ſpargeret *Teclam*, vero juxta fluvium *Moin* in locis *Kikhingen* (*Kizzingen*) et *Ochsnofrutt* (*Ochſenfurt*) nuncupatis collocavit, *Liobam* quoque ad *Biſcofesheim*, ut illic multitudini virginum congregatæ præeſſet, conſtituit.

g) *Bi-*

g) *Biſchoffsheim* ad *Tubarim*, *Konigshofen* inter et *Wertheim*. An. MDCXXXVI. XXXI. die menſis Maji *Anſelmus Caſimirus* Archiepiſcopus Moguntinus ad preces FF. Ordinis ſ. *Franciſci* de Obſervantia *Hoſpitale et monaſteriolum ſ. Liobæ* pro habitatione eis adſignavit.

h) Situm ejus vide ſub nota *a* In ep. Bonifaciana CII. b. *Lullus Leobgytæ* pollicetur, quod ipſi in quibusvis neceſſitatibus ſubvenire velit. Cum autem ſenuiſſet, inquit *Rudolfus* ſupra memoratus, et provectioris jam eſſet ætatis, ordinatis omnibus, quæ ſub cura ſua habuit, monaſteriis, cum Conſilio *Lulli* Epiſcopi venit in locum, qui vocatur *Schonercheim* (*Schornsheim*) quatuor millibus (paſſuum) a Civitate *Moguntiæ* ad Africum diſtans: ibique cum famulabus Dei ſecum commorantibus manſitavit, jejuniis et orationibus Deo ſerviens nocte et die.

i) *Liobam Pippinus* Rex Francorum, filiique ejus *Carolus* et *Carolomannus* omni veneratione coluerunt, *Carolus* præſertim, qui frequenter ad ſe invitatam muneribus honoravit; Regis exemplum Principes ſequebantur. *Hildegardis* quoque Regina *Caroli Magni* conjux tenere eandem amavit et *Sehonershemio* (*Schornshemio*) ad ſe *Aquisgranum* venire rogavit, imo voluit, ut aſſidue ſecun maneret, quatenus ad viam vitæ verbo ejus proficeret et exemplo. Ad ſepta autem monaſterii anhelantis et abeuntis *Aquisgrano* amicæ os, frontem oculosque deoscu-

lata

lata eam his verbis dimiſit; Vale in æternum Domina et ſoror dilectiſſima: Vale animæ meæ portio pretioſa. Chriſtus Creator et redemptor noſter tribuat, ut nos in die judicii ſine confuſione videamus, cœterum in hac luce mutuo nunquam ab hac die conſpectu fruemur. --- Paucis vero poſt reditum diebus *Lioba* menſe Septembri, quarto Kalendas Octobris animam Deo reddidit, quod poſt Annum DCCLXVIII. contigiſſe certum eſt. *Pagi Critica ad An. DCCXXV. n. VIII. Ab Eckhart Annal. Francor. libro XXI. p.* 356.

Temporum injuriæ hæc virginum monaſteria in *Biſchoffsheim* et *Schornsheim* vix non penitus comſumpſere. Anno Domini MCCCLXXIV. *Schornshemii* alius Ordo religioſus extitit Servorum B. *Mariæ* Virginis, cui initium dederunt An. MCCXXXIII. ſeptem Viri nobiles Florentini, qui regulam ſ. *Auguſtini* cum nigra veſte ab Archiepiſcopo acceperunt. Sanctus etiam *Petrus* Veronenſis, qui poſtea Fratrum Prædicatorum Ordinem et Eccleſiam ſuo Martyrio illuſtravit, pro ſervorum Virginis clariſſimo Ordine egregiam navavit operam et diligentiſſime examinatis ac recognitis hujus Ordinis religioſorum moribus ac regulis, de optima hujus religionis inſtitutione certiorem fecit

